<36616016350016

SCENICAE ROMANORVM POESIS

FRAGMENTA

RECENSVIT

OTTO RIBBECK

VOL. II

COMICORVM LATINORVM RELIQVIAE

LIPSIAE

SVMPTIBVS ET FORMIS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLV

COMICORVM LATINORVM

PRAETER PLAVTVM ET TERENTIVM

RELIQVIAE

RECENSVIT

OTTO RIBBECK

LIPSIAE

SVMPTIBVS ET FORMIS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLV



ALFREDO · FLECKEISENO

LVBENS · MERITO

D · D

PRAEFATIO

Alterum hoc scenicarum reliquiarum uolumen quod tibi, ALFREDE FLECKEISEN, ascripsi, non miraberis spero, ut qui ipse optime scias, quae et qualia singulae totius operis non pagellae tantum, sed fere dixerim literulae docta tua sollertia ad amussim exactae tibi debeant. Et quoniam qui alterum beneficio complectitur fieri non potest quin ipse quodam mutuae caritatis uinculo adligetur, ne absoluto quidem libro paulo sanctiorem ut in memoria ita in bibliotheca tua locum denegatum iri confido.

Atque haec quidem de tuis meritis. Iam quid aliunde in comicos conlatum sit beneficiorum, grato animo recolendum est. Itaque primum ad manum erant eaedem, quibus in perpoliendis tragicis usus sum, MARTINI HERTZII copiae ad Gellium et Priscianum spectantes. Praeterea Nonii Bambergensis scripturas CAROLVS HALMIVS mecum communicauit, Italorum quorundam librorum, quorum in Actis Acad. Berol. 1854 m. Ian. p. 45 mentio facta est, auctoritatem hic illic asciui. Eiusdem Halmii liberalitas Ciceronianorum codicum testimonia suppeditauit. Sunt autem nomina illorum haec: Erlangensis uetus saec. X (cf. Halmii diss. de codicibus Cic. Monachii 1850 p. 3, 9) et conlatus a Schneidewino Abrincensis saec. X uel XI ineuntis (cf. ibid. p. 12, 55) de oratore, Palatini 1513 saec. XI et 1525 saec. XV (l. l. p. 16, 74, p. 17, 76) de finibus, Vindobonensis saec. X (qui tamen deficit ad II 25 de divin., et ad I 13 de nat. deor.: cf. l. l.

p. VII sq.), Erlangensis saec. XV (l. l. p. 2, 8), Leidenses Vossiani tres 84 86 118 de diuinatione et de natura deorum (nam Palatinus 1519 deficit in I 13 de nat. deor.), Gudianus saec. IX uel X Tusculanarum disputationum (l. l. 7, 28), Duisburgensis saec. XIV (l. l. 2, 6), Erlangensis saec. XV (l. l. 2, 8), Oehlerianus saec. XIV (l. l. 4, 11), Gudianus saec. XIII (l. l. 7, 26), Bernensis 702 saec. X et XI (l. l. 10, 43), Pithoeanus, Vindobonensis, Leidenses tres Paradoxorum, Rhenaugiensis saec. XI (l. l. 11, 48) Catonis maioris, Laurentianus 52, 1 pro Roscio Amerino, Parisinus 7794 saec. IX (l. l. 13, 62), Bruxellensis 5345 saec. XII (l. l. 14, 65), Erfurtensis pro Caelio. Quibus accessit tua, ALFREDE FLECKEISEN, diligentia conlatus ad Laelium et Catonem apparatus locupletissimus: Gudianus 335 saec. X (l. l. 8, 29), Monacensis Lat. 15964, olim Salisburgensis saec. XII (l. l. 5, 17), Monacensis Lat. 4611, olim Benedictoburanus saec. XII (l. l. 5, 13), Vindobonensis 316 saec. XI, Augusteus 51, 12 saec. XII (l. l. 8, 30) ad Laelium; Salisburgensis et Benedictoburanus, quos supra appellaui, Parisinus 6332 saec. X (l. l. 12, 56), Gudianus 2 saec. XIII (l. l. 7, 25), Oehlerianus saec. XIV (l. l. 4, 11), Monacensis Lat. 7809, olim Inderstorfensis saec. XIII (l. l. 5, 16) ad Catonem maiorem. Donati ad Terentium uarias scripturas ex libris manuscriptis Parisiensi Lugdunensi Dresdensi Gandauiensi atque ex antiquissimis editionibus Romana anni 1472, Veneta anni ut uidetur 1473, Mediolanensi a. 1476, Taruisina a. 1477 excerptas humanissime commodauit LVDOVICVS SCHOPEN. Varronis de lingua Latina codicem Florentinum ab Henrico Keilio denuo conlatum meo nomine inspici iussit LEONARDVS SPENGELIVS, inde autem transcripta iterum cum Keilii notatis diligenter contulit Halmius. Ipse denique HENRICVS KEILIVS Charisianas lectiones transmisit, et Diomedis notationes ad Parisini 7494 et Monacensis, Prisciani de metris locos ad fidem codicis Reg. 1709 excussos.

Exoptatissimum laboris adiumentum contigit mihi GVSTAVI BECKERI facilitate. Nam cum in conficiendo indice uerborum aliis distentus negotiis non ultra literam F progressus essem, reliqua omnia sedula et gratissima, qua etiam in tragicis mire leuatus sum, fratris Leonis opera in schedulas coniecta docti illius iuuenis manibus commisi, qui suasore et sponsore Friderico Ritschelio totam illam farraginem transcribendam ac disponendam suscepit, ex Publii Syri autem sententiis ipse suo arbitratu elegit, quidquid notitia dignum uidebatur. Quo munere ut strenue et expedite functus est, ita non nostris tantum angustiis, sed ipsis bonis literis non nihil profuisse existimandus est.

Restant quaedam uel excusanda uel corrigenda uel addenda. Ac primum quidem meo iure fecisse mihi uideor, quod Ennii quattuor uersus Ambraciae nomine inscriptos, quos ad comicum genus pertinere olim Columna suspicatus est, non recepi. Dubitare uideo etiam Ioannem Vahlen (Proleg. Enn. p. LXXXI): ego uero nullus dubito, quin Ambraciae a. V. 565 oppugnationem, cui Fuluii Nobilioris contubernalis ipse adfuerat, praetexta fabula inlustrauerit poëta. Itaque Naeuio et Pacuuio et Attio, qui Romanorum res gestas scena decorauerunt, quartus accedit Annalium et Scipionis scriptor: et profecto mirere a ciue patriae amantissimo nobilissimum id patriae poësis genus neglectum esse. Sunt autem frusta Ambraciae fabulae praetextae haec:

I

. per gentes ésse cluebat ómnium misérrimus.

(Nonius p. 88, 1 'cluet, nominatur . . . Ennius Ambratia: per' e. q. s.)

II

. . bene monés! tute ipse? — Cúncto. — Vide fortém uirum!

(Nonius p. 469, 25 'cunctant pro cunctantur . . . Ennius Anbrachia: bene' e. q. s. cuncto *Bamb. W* cunctato *ceteri libri* cunctas *antecedentibus adiunctum Bothius* 2, *item Vahlen*)

III

. agros audacés depopulant sérui dominorúm minis.
(Nonius p. 471, 18 'populat est et passiuum populatur .... Ennius Ambracia: agros' e. q. s. minis] dominis *libri* nimis *Halmius*, *quod ualde placet. Maiora moliuntur alii*, *uelut:* audáces depopulánt agros Seruí dominorum dóminis *Ioannes Vahlen*, audaces serui depopulant agros Dominorum domini *Bothius* 2. *Sed quid sibi uelint isti dominorum domini*, *non intellego*)

IV

. . et aequora salsa ueges ingentibus uentis.
(Nonius 183, 3 'ueget pro uegetat uel erigit uel uegetum est . . . Ennius Ambrachia: et' e. q. s. uestis *W*)

Hexametrum etiam in Melanippae reliquiis (IV) habes, quamquam et de anapaestico carmine cogitari:

⏑ ⏑ – ⏑ et aequora sálsa ueges
Ingéntibus uentis

et qui audacius consulturus sit, omne crimen Nonii scribis inputare possit, qui uelut sic scripta: '*Ennius an*[*nalium* . . .] *aequora*' e. q. s. '[*idem*] *Ambracia* . . .' uel: '*Ennius Ambracia* [. . . *idem annalium* . .] *aequora*' e. q. s. leui manu truncauerint. — Eiusdem poëtae quam Vahlen dixit Cupuncula nescio an probabilius dicenda sit Caupuncula indicio Glossarii Amploniani a Fr. Oehlero editi (Jahnii Ann. Suppl. XIII p. 285): 'caupo *caupuncula*, tabernarius taberna.' et Labbaei Gloss. p. 154 'caupona, taberna . . . *caupuncula*.' Quod nisi fallit, tabernariae quoque fabulae auctor uidetur habendus esse 'multiformis' Ennius.

Lupum Naeuii, si in liquido adhuc res esset, praetextis fabulis adponere non amplius haesitarem: contra ad Saturnios ut reiciendus uideatur Inc. fab. II, ne Ioannes Vahlen quidem persuasit, qui nuper (Cn. Naeuii de bello Pun. rel. p. 16) I. V. Franckii suspitionem probauit, uersu illo intellegi 'Claudium Gliciam sortis ultimae hominem, qui coactus abdicare se magistratu postea ludos praetextatus spectauit' (anno V. c. 555 Liu. XIX per.). Sed si coactus erat abdicare

magistratu, non poterat in ludis postea dictatoris munere fungi, quale aperte innuitur his: *dictator ubi currum insidit, peruehitur usque ad oppidum.* Quod quam apte in bellicum carmen inductum fuerit, nolumus quaerere accuratius. Sed certe quoniam ludorum faciendorum causa saepius dictatores creabantur, uelut deuictis Samnitibus a. 432 (Liu. VIII 40) et ipsa Naeuii aetate a. 546 (Liu. XXVII 33): facile, ni fallor, in comoedia eius magistratus mentio inici poterat. Recepta autem *insidet* forma, quam suasit Fleckeisenus, ne in numeris quidem erit quod offendat.

Modo eadem facilitate Bentlei in Hor. serm. II 3, 183 praeceptum in emendando Caecilii uersu 69 seruare licuisset! Quamquam uel sic fortasse ne a truncatis quidem abhorrere debebam talibus:

. . . . quaé narrare inépti est
Scutrá feruenti . . . . . . quin machaéra
Licitári aduersum aēnum coepistí sciens? . . .

Quintiporis Clodiani, quem in poëtarum indice enumerare satis habui, expectes frustum aliquod extitisse in Varronis epistula ad Fufium. Qui cum poëtae illius fecunditatem siue forias iterum tetigisset, haec adiecit (Non. p. 117, 5): 'ac poëmata eius gargaridians dices' — iam quis non ipsius Clodiani uerba expectet? Sed sequuntur: 'o fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus hunc diem' (Non. 425, 18), quae sunt Terentii ex Phormione V 6, 1. Itaque nisi forte credendus est Clodianus furatus esse hunc locum ex Terentio atque eam ob causam male mulcari a Varrone, certe in aliquam contentionem utriusque ars uidetur uocata esse.

Ceterum uel ex hoc exemplo nascitur excusatio, quod ex Varronis Agathone prolata quaedam (Pall. inc. inc. LXXIX) comoediae ascripsi. Quid? quod dubitaui an non ipsum Varronem inter comoedos recensere deberem non tam propter illud cum Clodiano certamen, cui tragoediis fortasse satis factum est, quam propter quattuor uersus, qui certe

finguntur in scena pronuntiati esse. Seruantur illi apud Nonium p. 325, 16: 'ignoscite rursum noscite uel discite. Varro Gloria **περὶ φϑόνου**:

> Vosque ín theatro quí uoluptatem aúribus
> Huc aúcupatum cóncucurristís domo,
> Adéste et a me quaé feram mi gnóscite,
> Domum út feratis éc theatro líteras.'

(1 uoluptatem *Junius* uoluntatem *libri* 2 concucurristis *Scaliger* concurristis *libri* 3 et a me *Carrio* est a me *libri* feram mi gnoscite *Oehlerus* feram ignoscite *libri* feram gnoscite *Vossius* 4 ec] et *libri* e *vulgo*)

Quod theatrum quale fuerit, melius intellegeretur, si paulo plus ex satura illa extaret. Nunc nihil super est praeter choliambos duos hosce:

> Tum dénique, omnis cúm lucerna cómbústa est
> In lúcubrando oliuitasque cónsúmpta est —

quibus confirmatur sane, quod in prologo illo promittitur, de literis lectores edoceri.

Pall. inc. inc. LVII scriptum exhibetur: hosticapas, quod cum ad pinnirapi similitudinem hosticapus correxissem, nunc hosticapa potius faciendum fuisse intellego non solum auctoritate Thesauri nou. Lat. 277, ubi est: '*hosticapa*, qui hostem capit', sed etiam analogia motus nominum *aduena auriga conuiua incola incuba* (Isid.) *Veneripeta cornupeta* (Labb.) *assisula* (Plac. 435) *herescinda* (Thes. 275) *heredicapa* (Thes. 275) aliorum quae pariter a tertiae coniugationis uerbis ducta sunt.

Titinii quem posui Camensem cursorem (inc. fab. XVIII) nunc uideo carensem potius dicendum fuisse auctore Placido β 556: 'carensis, pistoribus' (*lege* pistorius) 'a caria quam Oscorum lingua panem esse dicunt' ('quod Afrorum l. p. esse dicimus' *a* 448). Item quod in Festi codice est: 'formaster frigidus' mutatum ab Hermanno, qui de fornace cogitauit, in fornaster, rectissime se habere docent Placidi 462 et Isidori notatio-

nes, quorum ille: '*formastro*, opere pistrino', hic: '*formastrum*, opus pistrinum'. Cf. quae de adiectiuo *formum*, quod est calidum, Paulus Festi p. 83 u. forma, 84 u. forcipes, 91 u. formucapes, Placidus 462 u. formum, Nonius 531, 28, Donatus in Ter. Phorm. I 2, 57, Schol. Veron. in Verg. Aen. IV 149, Seruius in Aen. VIII 453 testantur. — Omisi Labbaei glossam: 'aptra, *ἀμπελόφυλλα ὡς τιτίννιος*', quae Salmasius in Plin. p. 101 sic emendauit: 'apiastra, *τὰ μελισσόφυλλα*.'

Attae inc. fab. III quod ex libro ms. Oxonio de rer. nat. rettulit Iac. Gronouius, item ut Pacuuii inc. fab. XXXI et uersus 13 particulam apud Isidorum de nat. rer. c. 44 p. 1014 Migñ. legi docuit Ioannes Vahlen ad Cn. Naeui de bello Pun. inc. libr. rel. V.

Afranii Vopisc. XX, 381 sqq. prope accedunt ad Menandri inc. fab. C haec: *ἓν ἐστ' ἀληθὲς φίλτρον, εὐγνώμων τρόπος· Τούτῳ κατακρατεῖν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή.* Versus 90 pro clausula haberi potest, qualem Marius Victorinus p. 2524 P. (105 G.) et qui uerba eius descripsit Rufinus de metr. com. p. 2708 P. (381 G.) indicant: 'quod uero ad clausulas, id est minuscula cola pertinet, quot genera uersuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt, et solent in canticis magis quam diuerbiis, quae ex trimetro magis subsistunt, collocari et praecipue apud Plautum et Naeuium et Afranium. Nam hi maxime ex omnibus membris uersuum, colis ab his separatis, licenter usi reperiuntur in clausulis.' — In numerandis Afranii uersibus nollem accidisset, ut qui est 331 diceretur 330: itaque et hic et qui infra sequuntur numeri pari ratione corrigendi sunt.

Apud Pomponium u. 163 lege: cuiusuis. Inc. fab. VI etiam in Thes. nou. Lat. (A. Mai auct. class. VIII 416) extat: 'a pinso . . . haec pinsa, ae, i. scacella cum qua pasta maceratur, unde quidam poeta: *neque pinsis pinsui neque palatis molui.*' Ita etiam ad Naeuii Tarent. II neglexi Gloss. Amplon. (l. l. 254): 'et componitur

adnicitare i. cum palpebris innuere . . . Plautus: alii adnitat, alii adnicitat.' (Cf. Plac. in A. Mai auct. class. III 434: 'adructare, adridere inuitare' et VI 554: 'adnicitare, inuitare arridere.') Sed in uniuersum consulto ea glossographorum testimonia tacui, quorum fons ipse, unde deriuata sunt, nobis non minus patet quam illis, uelut Placidi p. 447 aliorumque (cf. Hildebrandus in Gloss. Par. p. 46): '*cassabundum*, dubitantem titubantem' (Naeu. 120), quae Varroni, Thesauri nou. Lat. 276 *hamotrahonum* (Pall. inc. inc. LVIII) interpretatio, quae Festo, Labbaei glossae: '*biber*, *τὸ πιεῖν*' (Titin. 78), quae Charisio, et: '*dapalis coena*, *λιπαρίς*' (Titin. 135), quae Nonio uel eius auctori alicui debentur.

Laberio non redditos esse 'molliculos' quosdam uersus 'felici casu conseruatos' nescio an indignaturus sit Schneidewinus. A quo antequam ueniam rogem, ipsam causam ceteris breuiter narrabo. Nam ad Martialis locum (VI 55) hunc: 'quod semper casiaque cinnamoque Et nido niger alitis superbae Fragras plumbea Nicerotiana' e. q. s. (cf. X 38, 8 XII 65, 4), ad ea est Domitii Calderini in ed. Veneta a. 1474 adnotatio, quam descripsi: '*nicerotes pinguentarius sirus fuit. laberius Et quaecunque sirus nicerotes solet: et quicquid croci cassiaeque cinamique Vdus caesareae spirat delicatus Arabs: hoc totum uobis nunc ad scenam affero.*' A quibus paulum diuersa posuit Ianus Gruterus: 'Nicerotiana quis non novit? meminit eius vocis etiam poeta Laberius in versibus molliculis, quos nondum arbitror publicatos; certe non comparent inter fragmenta poetarum. Sic se autem habent: *et quaecunque Syrus Nicerote solet . . . casiaeque cinnamique . . caesarie . . nunc ego ad coenam adfero.* Descripsi ex codice Modiano' (scripto a. 1468 Romae), 'quem quartum nominare soleo.' Eadem postquam castigatiora exhibuit Scriverius p. 147: 'ascribam eosdem et ego, sed aliquanto castigatiores: *et quaecunque S. Nicerotes olet . . . ad scenam adfero*', Schneidewinus, qui sepulta in

lucem reuocauit Mus. phil. II p. 632 sqq., sic emendanda putauit:

. . et quaecúnque Nicerós Syrus
Olet ét quicquid crocí casiaeque cínnamique
Vdús caesarie spírat delicátus Arabs,
Hoc tótum uobis núnc ego ad scenam ádfero.

Sumpta autem esse ex prologo aliquo suspicatur. Sed anapaesti pro iambo in senarii pede sexto positi exemplum quale est. 'delicatus Arabs', frustra in Romanorum poësi quaeras, nec secundi uersus numeri elumbes Laberii rotundum os sonant. Verba insulsa et undique compilata: 'casiaeque cinnamique' ex ipso Martiale, delicatum Arabem Catullus qui 'Arabes molles' dixit (11, 5) commodare poterat, cothurnata uox 'caesaries' in mimo ineptissime usurpata, ultima denique dimidiatum genuini prologi uersiculum: 'quid ad scenam adfero' (119) repetunt. Iam uero si ab omni emendandi conatu, quoniam eleganter emendari ista non possunt, abstinueris, aliam profecto legem obseruatam uidebis. Sunt enim haec:

et quaécunqué Nicérotés Syrús olét
et quícquid cróci cásiaéque cínnamíque
udús caesárie spírat délicátus Arábs,
hoc tótum uóbis núnc ad scénam ádferó.

Politici igitur uersus sunt, prodierunt autem, ni fallor, ex Nicolai Perotti fabrica, qui 'emendari a suo ceteros codices passus est', nec emendauit solum Martialem, sed etiam interpretatus est. Eius autem lucubrationes et in editionem Romanam 1473 et in ipsum codicem Modianum, unde descripsit nostra Gruterus, deriuatas esse docuit Schneidewinus Proleg. in Mart. p. XXV.

P. Syri quae feruntur sententias non licere praeteriri in hoc corpore cum satis intellegerem, tamen inpetrare a me non potui, ut iustae omnibusque numeris absolutae recensionis munus fastidiosissimum susciperem. Disci enim quae accuratius excussis argutiolis istis possent, admodum pauca prouidebam. Itaque noua librorum manu scriptorum

auxilia non circumspexi, sed id tantum operam dedi, ut ad suos quaeque auctores relata componerem et recognoscerem quodam modo, quae per uaria exemplaria dispersa sunt. Tantumque abest ut suos 'lauros et currus' inuideam Iano Grutero, qui 'nulli parcens labori uiginti annorum lucubrationibus' 'nudis' ut ipse profitetur 'Gratiis' et 'Amorum matre' adiutricibus 'morum' illum 'magistrum sustulit lauit fouit finxit aleiptica minime poenitenda': ut eius diligentiae libenter acceptum referam, quod ueterum auctorum libros ad indagandam singularum sententiarum originem religiosius perscrutari fere potui supersedere. In cribrandis et discriminandis uersiculis poteram fortasse seuerior esse: sed quod peccaui in ea re, mihi peccaui, non ut alios in errorem mecum inducam.

Ex Tutore mimo (p. 311), quem laudat Cicero de or. II 64, 259, fortasse ea ipsa sumpta sunt, quae ibidem paulo post adferuntur ridicula anon. mim. V et VI: pertinent certe ad id iocorum genus, 'cum ad uerbum, non ad sententiam rem accipere uideare.' Leuiculum est, quod poteram (anon. mim. XVI) parasitorum Apollinis dictum numeris describere: 'sálua rest, cantát senex': prouerbium *omnia secunda, saltat senex* adfert Seruius in Verg. Aen. III 279. Glossis mimicis quaedam adiciendae sunt:

XXV

'in mimo, ingluuiae, quod tantum ad mimarios et mimographos pertinet.' Gloss. Amplon. 339

XXVI

'choragium' (toragium *Vat. β* 583, *Pap.* thoragum *Gloss. Paris., corr. Hildebrandus*), 'ornatus mimicus' *Vat. β, Papias, Gloss. Paris., ubi additur:* 'id est tiara', *quae suspecta sunt Hildebrando*

XXVII

'monopticus, mimus . . .' (mimus thymelicus *Voss.*) *Isidorus*

XXVIII

'ludosi, mimosi . ludos, mimos' *Vat.* 532

XXIX

'podiarius, inter mimos' *Isidorus*

XXX

'exodiarius, in mimis turpitudo delectabilis' *Plac.* *β* 561

Denique quod anon. mim. XVII positum est: catacarisia non inprobabiliter Hildebrandus Gloss. Par. p. 44 correxit: 'catae carisae': similiter enim in Thesauro nou. Lat. p. 152 explicatur 'cata puella, docta puella'.

Quae ex glossariis ueteribus excerpta adiunxi, ea mente posui, ne, quae possent ad scenicam poësin aliqua suspitione referri, deessent, non quo omnia inde desumpta esse quouis pignore sponderem. Quod si alia omittere, alia fortasse etiam adicere potuisse arguar, 'feram id quoque', sed omnium optime merebitur, qui integrum antiquioris sermonis glossarium, id est glossarum antiquarum thesaurum diligenter ac prudenter contexere animum induxerit. Cui desiderio num satis facturus sit Hildebrandus, dies docebit: glossarium Parisinum quod nuper edidit aegre ferimus longe minima ex parte huic studiorum generi prodesse. Certe quod ad nostrum consilium spectare uideretur, noui nihil ibi repperi, aliunde nota pauca quaedam. Sunt ea haec: '*abiugasse*, abige alienasse' p. 2, '*alacrimonia*, laetitia' p. 6, '*mulcatores*, peremptores' p. 212, '*murgisso*, callidus murmurator' p. 214, '*nario*, subsannans' p. 215, '*terriuola*, formidolosus' p. 283, '*uagurrit*, per otium uagatur' p. 288, '*uorre*, edaces elones' p. 289, '*casnar*, senex' (Atell. inc. VII) p. 44, ad quae omnia sunt adnotationes Hildebrandi conferendae. Vnum praeterea ibidem extat: 'clingit, cludit' p. 55, quod cum in Excerptis male temptauerim inmemor Pauli p. 56 M., qui '*clingere* cingere a Graeco *κυκλοῦν* dici' Festo auctore docet, ne recipienda quidem erat uocula illa in ceterorum numerum. Contra speciem tantum testimonii mentiri uidetur locus p. 271:

'*simil*, una pariter' (cf. Naeu. 60 Titin. 34 Non. 62), ubi facillime restituas *simul*. Nec opus est eius modi fulcris formam analogia satis defensam sustentare; cui si obtemperasset Ioannes Vahlen, ne in Ennio quidem (Ann. 329) parum probabilem scripturam *debilo homo* seruare quam a Lipsio correctum *debil* aspernari maluisset.

Desiderio quorundam ut Tragicarum reliquiarum etiam addenda adicerem, quamquam inuitus tamen satis faciendum censerem, si rerum aut ab aliis monitarum aut a me ipso sero intellectarum copia et grauitas tanta esset, ut quae uix tribus abhinc annis edidi, iam nullo modo stare posse uiderem. Sed cum admodum pauca sint, quae mutari uelim, additamentorum autem opinationumque numerum numquam tam integrum complecti possis, ut nihil noui postea accrescat, satius duxi ea tantum eligere, quae uel ipse interim paulo grauiora inuenerim uel alii idoneis argumentis persuaserint.

LIVIVS ANDRONICVS

AIAX MASTIGOPHORVS

II

Virtúte laus praestátur, set multo ócius
Vento ét gelu tabéscit.

Nonius 207, 23 'gelu neutri generis. Titus Liuius in aiace mastigho foro' (*ita Vrbinas* 308, Titus Liuius pisi — *corr. ex* ipsi *W* — adtacematico foro *ceteri libri*): praestatur uirtuti laus gelu set multo ocius uenio' (uento *Bentinus*) 'tabescit.' Cf. Soph. Ai. 1245 sqq.: uide Acta Acad. Berol. 1854 m. Ian. p. 46

Q. ENNIVS

V. 115 nam si ínprobum esse Crésphontem olim exístimas Fleckeiseno auctore Ioannes Vahlen fortasse elegantius: eadem omisso olim libri optimi.

Iphigenia VIII: Donatus in Ter. Adelph. III 3, 32 'quod ante pedes modo est uidere] hoc sumpsit poëta de illo in physicum peruulgato Achillae' ('ancillae' uulgo)

'dicto: quod est ante pedes, non uidet: caeli scrutatur plagas.' Seneca de morte Claudii 8, 3 'quid in cubiculo suo faciat, nescio: et iam caeli scrutatur plagas? deus fieri uult?' quae uideo non praeterisse Ioannem Vahlen; 'Achillem' autem Schopenum quoque agnouisse narrat idem praef. XIII

Med. I v. 205: cf. Phaedrus IV 7, 5 Dr. 'et in cothurnis prodit Aesopus nouis. Vtinam nec umquam Pelii nemoris iugo Pinus bipenni concidisset Thessala! Nec ad professae mortis audacem uiam Fabricasset Argus opere Palladio ratem' e. q. s.

V. 286: Phaedrus III epilogo 34 Dr. 'ego quondam legi quam puer sententiam: palam mutire plebeio piaculum est, Dum sanitas constabit, pulchre meminero.'

Inc. nom. LVI recte in Annales (161) reiecit Io. Vahlen emendata in hunc modum: somnia uera aliquot, uerum omnia noenu necessest auctore H. Ilbergio. Reliqua quae in nuperrima Ennii editione noua proferuntur partim leuiora (uelut formae uidei u. 87, euitarei u. 88, prohibesseis u. 239 ex librorum indiciis erutae) partim ambigua partim meo quidem iudicio sunt reiectanea.

M. PACVVIVS

ANTIOPA

XVI

illuuie córporis
Comá promissa inpéxa glomerata hórrida.

Scholiasta Persii sat. 1, 77 'Antiopam uerrucosam Persius dicit quae apud Dircen in squalore fuit seruitio oppressa: sic illuuie corporis et coma promissa impexa conglomerata horrida', in quibus Pacuuiana agnouit Otto Jahnius Ephem. archaeol. 1853 p. 77, uerba poëtae emendauit M. Hauptius.

V. 411 a Varrone in epistula ad Caesarem intellegi monuit Roeperus Philol. IX 276. Feruntur autem illa apud

Nonium 423, 6 sic: 'interea prope ad occidentem solem [in]horrescit mare. Ex inc. fab. LXI: Labbaei glossa 'appia, *εἶδος σκεύους, ὡς πακούβιος.*'

L. ATTIVS

Inc. fab. X iam Lachmannus de Sotad. 7 rectius inter Sotadeos rettulerat: únde omnia pérdisci ac pércipi queúntur.

Dabam Elberfeldae mense Martio a. CIↃIↃCCCLV

FABVLA PALLIATA

LIVIVS ANDRONICVS

GLADIOLVS

. . . . púlicesne an címices
'An pedes? respónde mihi.

LVDIVS

Córruit quasi íctus scena. — Sícine? — Hau multó secus.

VERPVS

. . ornaménto incedunt nóbiles ignóbiles

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

affatim édi
Bibí lusi

Liui Gladiolus. Ἐγχειρίδιον Menandri Philemonis Sophili affert Duentzerus, idemque militi de hostium caede glorianti his responderi probabiliter coniecit Festus p. 210 M. 'pedes autem pro pediculis — — Liuius in Gladiolo: pulicesne' e. q. s.

Ludius Festus p. 330 M. 'scenam genus [fuisse ferri] manifestum est, sed utrum securis an dolabra sit, ambigitur. quam Cincius in libro, qui est de uerbis priscis, dolabram ait esse pontificiam. Lyuius' (teste H. Keilio Mus. phil. VI 625) 'in Lydio: corruit' e. q. s. Cf. idem p. 318 'scena ab alis, a quibusdam sacena' ('secena' coni. Gesnerus) 'appellatur, dolabra pontificalis.' De uocali y disputauit Ritschelius Monum. ep. tr. p. 26 sqq.

Verpus Festus p. 174 M. 'nobilem antiqui pro uoto ponebant, et quidem per c litteram — — Liuius in Virgo: ornamentum' e. q. s. (leuius cod. Virgine Scaliger Virga coni. Menandri Ῥαπιζομένῃ proposuit Duentzerus. Virbio quod in Klotzii Horr. phil. XII 136 olim conieceral Klussmannus, ipse de Liu. Andr. p. 26 temerariam fuisse dicit opinationem. An Vargo?)

Inc. nom. rel. I Paulus Festi p. 11 M. 'affatim dictum a copia fatendi, siue abundanter. Liuius: affatim' e. q. s. 'Terentius affatim dixit pro eo, quod est ad lassitudinem.' Sed Terentius eo uocabulo usus non est. Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 56 'affatim, abunde, opipare. Liuius: affatim' e. q. s. Scaligero Homeri Odyss. XV 372 ex-

---

3 ictus scena haut *cod.* 4 ornamentum incendunt nobili ignobiles *cod.* ornamento incedunt gnobiles ignobili *O. Muellerus* ornamento incedunt gnobili, *om.* ignobiles, *Scaliger* 5 edi bibi] aedibus *Thesaurus* 6 lusi ueretris *R. Klotzius Horr. phil. XII* 320

II

uecorde et málefica

Vacérra

III

Vopiscus de Numeriano 14 'ipsi denique comici plerumque sic milites inducunt, ut eos faciant uetera dicta usurpare. Nam et lepus tute es et pulpamentum quaeris' (Ter. Eun. III 1, 36) 'Liuii Andronici dictum est, multaque alia quae Plautus Caeciliusque posuerunt.'

Q. ENNIVS

CVPVNCVLA

hinc est ánimus propitiábilis.

PANCRATIASTES

I (2)

Quis ést qui nostris fóribus tam protéruiter —?

II (3)

Cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua áccidit.

III (1)

Quo núnc me ducis? — 'Vbi molarum strépitum audibis máximum.

pressa uidentur II Festus p. 375 M. 'uacerram Aelius et alii complures uocari aïunt stipitem, ad quem equos solent religare. Ateius uero Philologus hoc nomine significari maledictum magnae acerbitatis, ut sit uecors et uesanus teste Liuio, qui dicit: uecorde' e. q. s. Homeri Odyss. II 243 Scaliger, XVII 248 G. Hermannus Elem. 626 expressum putat

Enni Cupuncula Nonius 155, 31 'propitiabilis a propitiando. Ennius Cupiuncula: hinc' e. q. s. (Cupuncula Ioannes Vahlen Capeduncula Bentinus Caprunculo Bothius coni. Paulo Festi p. 48 'caprunculum uas fictile.' Cf. etiam Varro de L. L. V 121 'capis et minores capulae a capiendo, quod ansatae ut prehendi possent, id est capi.')

Pancratiastes (Alexidis Theophili Philemonis) I Nonius 513, 11 'proteruiter. Ennius Pancratiaste: quis' e. q. s. Confert Bothius 2 Plauti Trucul. II 2, 1 II Nonius 517, 15 'desubito ...' Ennius Pancrasiaste: cum' e. q. s. (Pancrasiastę Bamb.) III Nonius 506, 2 'audibo pro audiam. Ennius Telamone ... idem Panchratiastis: quo' e. q. s.

---

7 uecors *Scaliger* 8 uacerra *Scaliger* uecordia *cod.* .... uecórde et málefica uacerra *numeris Saturniis Hermannus*

1 huic *edd.* 2 qui *W* 4 dicis *Bamb.* molarium *W* molarum, *superscr.* i, *Leid.* molariam *Bamb.* audiuis *Bamb.*

CN. NAEVIVS

ACONTIZOMENOS

I (1)

Acóntizomenos fábula est primé proba.

II (2)

Huius aútem gnatus dícitur geminum álterum
Falso óccidisse.

III (3)

Súpplicio noctu ínterfecit

AGITATORIA

I (6)

. age ne tibi me áduorsari dícas, hunc unúm diem,
Démea, obsequós sinam ego illos ésse. — Taxpax. —
Póstea
Cúrrenteis ego íllos uendam . . nisi tu uíceris.

II (1)

Quasi dédita opera quae égo uolo, ea tu nón uis,
quae ego nolo, éa cupis.

Naeui Acontizomenos Cf. Ἀκοντιζόμενος Dionysii, Ἀκοντιζομένη Antiphanis I Charisius II p. 188 P. (125 L.) 'prime: Naeuius in Acontizomeno: Acontizomenus' e. q. s. (Naeuius edd. Plautus cod. teste H. Keilio) II Charisius II p. 179 P. (118 L.) 'falso: Naeuius in Acontizomeno: huius' e. q. s. III Charisius II p. 185 P. (123 L.) 'noctu diuque: Sallustius historiarum secundo: noctu diuque stationes et uigilias temptare. At uero Titinius ... noctu diusque ... Naeuius in Acontizomeno: sulpicii n. i.' (temptare Sulpicii. At uero Titinius ... Naeuius in A. noctu i. Hermannus Opusc. V 262 acotizomenos cod.)

Agitatoria I Charisius II p. 213 P. (142 L.) 'tax pax: Naeuius in Agitatoria: age' e. q. s. II Charisius I p. 177 P. (116 L.) 'dedita opera declinari quidem ut nomen potest, sed tamen uim aduerbii retinet.

---

1 Acontizomenus *cod. De terminatione in* os *uide Ritschelium Mus. phil. IX* 17 2 alterum *edd.* altrum (*i. e.* alterrum) *cod. teste H. K.* 4 sulpicii *cod.* 5 tibi me *cod.* tibi mihi *ed. pr.* te mihi *Fabricius*, *Putschius* me tibi *Gulielmius in Asin. cap.* 5, *fortasse recte: an* tibi mehe? 6 demeo sequor *cod.*, *sed* equos *teste Bondamo Var. Lect.* 238 obsequos *interpretamur* '*obsequentes*' de meo seruos *Bothius* Demea, segnior *Westerhouius in Ter. Eun. prol.* 36 *An* tux pax? *Cf. Plauti Pers.* 265 *et gloss. Leid. laudata Bondamo:* 'tux pax gratulantis' 7 nisi tu pretio uiceris *Gulielmius* 8 neuis *Fabricius*, *Putschius* ꝗ ego nolo *cod. teste H. K.*

III (3)

ego sémper pluris féci
Potióremque habui líbertatem múlto quam pecúniam.

IV (7)

eho an uícimus? —
Vicístis. — Volop est. — Quó modo, dicám tibi.

V (2)

. . nimio arte cólligo, cur re ínquaesita cólligor.

VI (4)

Secus si úmquam quicquam féci, carnificém cedo.

VII (5)

Charisius II p. 204 P. (137 L.) 'atque pro et; Terentius in Adelphis: atque ex me hic natus non est, sed ex fratre. ubi Acron: argute, inquit, nam per hanc coniunctionem transitum fecit ad narrationem. Cn. Naeuius in Agitatoria, sed et in Tarentilla.'

AGRYPNVNTES

I (1)

siquidem uís loqui,
Non pérdocere múlta, hau longe prómicanda orátio est.

II (2)

Nam in scéna uos noctúrnos coepit praémiatores tóllere.

Naeuius in Agitatoria: quasi' e. q. s. III Charisius II p. 188 P. (125 L.) 'pluris: Naeuius in Agitatoria: ego' e. q. s. IV Charisius II p. 213 P. (142 L.) 'tax pax: Naeuius in Agitatoria (I) eho: idem in eodem: eho' e. q. s. V Charisius II p. 186 P. (123 L.) 'nimio pro nimis. Naeuius in Agitatoria: nimio' e. q. s. VI Charisius II p. 195 P. (131 L.) 'secus pro aliter. Naeuius in Agitatoria: secus' e. q. s.

Agrypnuntes I Nonius 65, 3 'promicare, extendere et porro iacere, unde emicare. Naeuius Agrypnuntibus: siquidem' e. q. s. II Nonius 150, 22 'praemiatores, nocturni praedones. Naeuius Amnagremnuntius: nam' e. q. s. (Agrypnuntibus Junius)

---

12 uolop quomodo *cod.* uolupe est. quo modo? *Bothius* *De bisyllaba* uolup *forma disputauit Ritschelius Mus. phil. VII* 319 13 colligõbcurre inqsita colligor *cod. teste H. K.* colligor! cur r. i. colligor? *Bothius* 15 uis loqui *Bothius* loqui uis *libri* 16 haut *Bothius* 2 (*Mus. Rhen. V* 269). *om. libri* *Interrogandi signo defungitur Klussmannus* 17 praemiatores *libri: cf. Turnebus Adu. XV* 4 *Synecphonesin quam uersus flagitat, non nisi lacuna statuenda*

APPELLA

I (2)

. . . cui cépe edundo óculus alter prófluit.

II (1)

'Vt illum di feránt, qui primum hólitor cepam prótulit.

ARIOLVS

I (1)

Leóni si autem déprandi obdas óreas

Appella: haec certe est librorum scriptura, quam seruaui, quoniam de argumento nihil constat. Cf. Labb. gloss. 'appella λειπόδερμος' et schol. uet. in Hor. Serm. I 5, 100 I Prisciauus VI 2 p. 681 P. (I 225 K.) 'frequentior tamen usus hoc cepe protulit. Naeuius in Appella: cui' e. q. s. 'Nouius' e. q. s. (Neuius Amiens. Reg. Sang. Vat. Vind. Grut. Halb. Barb. appella libri eidem apella uulgo) Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 133 'hoc caepe in singulari ·i· unio, unde Naeuius: cui' e. q. s. II Priscianus VI 2 p. 681 P. (I 225 K.) 'hae cepae harum ceparum, quamuis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inueniantur. Naeuius in Appella: ut' e. q. s. (Neuius Halb. Grut. Amiens. Sang. Vat. Vind. b Bong. Barb. Ne̊uius Reg. appella libri apella uulgo)

Ariolus Cf. Ἀγύρτης Philemonis, Μητραγύρτης et Οἰωνιστής Antiphanis, Δεισιδαίμων Menandri, Μάντεις Alexidis. Gellius III 3, 15 'sicuti de Naeuio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum et Leontem ... unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.' Ariolum quendam gentis Corneliae 'futuram magnitudinem et splendorem diuinando praedixisse' ariolatur Klussmannus, nec inprobauit Grauertus Philol. II 218. Probabilius adnotare

---

effugies, uelut: nam in scéna u. n. c. praĕmiatorés . . || . . . tollere *uel:* nam in scéna u. n. coepit tollere || . . . . . praĕmiatorés . . *Cf. Lachmannus in Lucr.* 129 *sqq.* 18 caepe *Thesaurus, Vat. Vind. Prisciani* c̊epe *Sang.* coepe *Grut.* edendo *Thesaurus, Amiens. Vind., et corr.* e *ex* u *Grut. Prisciani* oculos *Sang.* 19 dͥi ferant *Bong.* dii ferant, *alt.* i *corr. in ras., sup.* ł deferant *Vat.* dii ferant, *alt.* i *corr. ex* f, *Reg.* differant *Bamb. Amiens. Sang. Vind. b Barb.* $\stackrel{d}{=}$ifferant (*ut tamen in ipsa ras.* d *fuisse uideatur*) *Grut.* di terant *Putschius* holitor *Vat. Vind. b Barb.* holit^{or} (*sup. m. alt. in ras.*) *Halb.* ^{h}olitor *Sang.* ħoletur *Reg.* holitus *Bong.* olit' *Amiens.* olitr *Bamb.* ce^{v}pam *Vind.*
20 leoni si autem deprandi] deprandi autem leonis *cod.* deprandi autem leoni si *Vrsinus. Formam autem* deprandi *rectius a nominatiuo* deprans (*ut* '*nefrens*') *deducas quam cum uiris doctis a* 'deprandius' *uel* 'deprandis' oreas *Vrsinus* oreat *cod.*

II (2)

Quís heri apud te? — Praénestini ét Lanuuini hóspites. —
Suópte utrosque . . . . décuit acceptós cibo,
'Alteris inánem bulbam . . . madidám dari,
'Alteris nucés in procliui . . . profúndere.

ASTIOLOGA

Hác sibi próspica, hac déspica

CARBONARIA

Tíbi serui multi ápud mensam astant, ílle ipse astat, quándo edit.

poterant in primo uersiculo, qui fortasse prologi erat, poëtam de se ipso loqui uideri. Ceterum Philemonis *Ἀγύρτην* hac fabula expressam esse coniecturae aliquam speciem affert uersiculus inc. fab. I, cuius similem Philemonis inc. fab. XLV locum exhibuit Klussmannus hunc: *σὺκ ἂν δύναιο μὴ γενέσθαι, δεσπότα, Ἄνθρωπος ὢν ἄνθρωπος· ἄλλως οὖν βοᾷς· Τὸν ζῶντ' ἀνάγκη πόλλ' ἔχειν ἐστὶν κακά.* Ea enim quamquam fatendum est etiam alibi inseri posse, uelut in *Σικελικῷ* (cf. I), tamen memorabili casu optime quadrant in eam quae sola ex Agyrta seruata est eri lamentationem: *ὦ πῶς πονηρόν ἐστιν ἀνθρώπου φύσις Τὸ σύνολον· οὐ γὰρ ἂν ποτ' ἐδεήθη νόμου. Οἴει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων Ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρὸν ἀλλὰ σχήματι· Πλάγι' ἐστὶ τἄλλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θηρίον.* I Festus p. 182 M. 'oreae, freni quod ori inferuntur. Titinius ... et Naeuius in Hariolo: deprandi' e. q. s. II Macrobius Sat. III 18, 6 'nux haec Abellana seu Praenestina . . . inde scilicet Praenestinae nuces. Est et illud apud Naeuium in fabula Ariolo: quis' e. q. s. (ariola Palat.)

Astiologa, i. e. *ἡ ἀστειολόγος*. assitogiola libri, unde praeter alia etiam astrologa facere possis. Agitatoria Junius. Nonius 155, 25 'prospica et despica, intenta et contempta. Neuius assitogiola: ac' e. q. s. 'potest ergo prospicus et despicus dici.'

Carbonaria. Fidem Prisciani in afferendo Naeui, non Plauti nomine, de qua dubitauerat Ritschelius Parerg. I 98, ipse concedit p. 106 posse defendi. Priscianus X 5 p. 894 P. (I 494 K.) 'uetustissimi tamen edo edis edit dicebant correpta prima syllaba. Naeuius in Carbonaria: tibi'

22—24 *Vulgo continuantur uersus pessimi* 22 suopte *Paris. a Bamb. m. alt.* suapte *Angl. Bamb. m. pr. Gud. Salisb. Med. a b c* 23 bullam *Salisb. Med. a b* bulbum *Pontanus* madidatam *Scriuerius* madidantem *Scaliger Castig. ad Fest. p. CXV* uulua madida *quid sibi uelit explicauit Lud. Janus* dare *Scaliger* 24 in proliuis *Cantabr.* in proluuiis *Pontanus* profundier *Scriuerius* 25 ac sibi p. ac d. *libri* hac tibi p. hac d. *Bothius. Cf. Lachmannus in Lucr.* 307 26 *Trochaeos agnouit Ritschelius Parerg. I* 98 astant *Sang.* adstant *Halb. Bamb. Bong.* astat *Sang.* adstat *Reg.* adstat *Halb. Bamb. Bong*

COLAX

I (Nou. Col. 4)

Quid décumas partes? quántum mi alieni fuit,
Pollúxi tibi iam públicando epulo Hérculis
Decumás.

II (Nou. Col. 1)

ét uolo.
Et uéreor et facere ín prolubio est . . .

III (Nou. Col. 3)

et ásseri

e. q. s. 'non potest enim in hoc iambo paenultima syllaba longa esse, ut intellegatur praeteritum, ne sit σκάζων.' (Neuius Grut. Halb. Reg. Sang. Bong. Barb. in carbonaria om. Sang.)

Colax. Prologi in Terenti Eun. 25 haec sunt: 'Colacem esse Naeui et Plauti ueterem fabulam, Parasiti personam inde ablatam et militis. Si id est peccatum, peccatum inprudentiast Poëtae, non quo furtum facere studuerit. Id ita esse uos iam indicare poteritis. Colax Menandrist, in ea est parasitus colax Et miles gloriosus: eas se hic non negat Personas transtulisse in Eunuchum suam Ex Graeca: set eas ab aliis factas prius Latinas scisse sese, id uero pernegat.' De quibus instar omnium Ritschelii in Parerg. I 99 sqq. disputatio est. Is enim et emendauit quae corrupta turbas fecerant set eas fabulas factas prius et quid inde disceretur explicauit: nempe Menandri Colacem, in qua parasiti assentatoris et militis gloriosi partes fuerint, Naeuium primum in Latinam scenam transtulisse, eius autem fabulam postea a Plauto correctam et pro noua datam esse. Ceterum idem statuendum sit, si Bothii et Lomani Spec. crit. p. 83 coniecturam probaueris, qui scripserunt Colacem esse Naeui aut Plauti ueterem fabulam, quibus satis bene exprimitur sane, quam non aliorum exempla curauerit Terentius. At quoniam et Naeui et Plauti Colax (utraque autem apud Nonium) alibi laudantur, de sola unius fabula cum Gepperto (Klotzii Horr. phil. XIX 274) non nisi temerarius cogitabit. Loquentem cum parasito militem habemus fr. I, ad quae conferenda sunt quae de pollucendi more disseruit Henzenus Mus. phil. V 71 sqq. I Priscianus IX 10 p. 874 P. (I 470 K.) 'polluceo polluxi ... Naeuius in Colace: quid' e. q. s. (Neuius Grut. Halb. Reg. Sang. Bong. Barb. 'in Colace quid decumas partes' om. Sang.) II Nonius 64, 10 'proluuium .... Neuius Colace: et uolo' e. q. s. (Naeuius Junius in mg.) III Nonius 462, 32 'multare cum sit condemnare, positum est augere, uoti compotem reddere. Neuius Colare: et asseri' e. q. s.

---

27 quid *Barb.*, *unus Krehlii*, *Hermannus Opusc. II* 280 qui *ceteri* decimas *Grut. Halb. Reg. Bamb. Bong. Barb.* partes *sup. Reg.* mi *Hermannus*, *om. libri* 28 polluxi *Hermannus* poluxit *Sang.* polluxit *ceteri* iam *Hermannus* a *libri* epulo ... decumas *om. Halb.* 29 decimas *Reg. Bamb. Bong. Grut. Barb.* 31 prolubio *edd.* proluuio *libri* 32—34 *restituit Hermannus Opusc. II* 279 32 adseri *Leid. Bamb.*

Laudés ago, cum uótis me multát meis,
Quod praéter quam uellem aúdiebam hoc mi éminus.

IV (Nou. Col. 2)

Vbi uídi, exanimabíliter timedus pédibus protinam mé dedi.

COMMOTRIA

Varro de L. L. VII 54 M. 'in Menaechmis: inter ancillas sedere iubeas, lanam carere. Idem hoc est uerbum in Commotria Naeuii.'

COROLLARIA

I (4)

nólo ego
Hanc ádeo efflictim amáre: diu uiuát uolo,
Vt míhi prodesse póssit.

II (3)

Vltró meretur, quam óbrem ametur: íta dapsiliter suós amicos
Alít.

III (9)

Riuális, salue. — Quíd 'salue'? attat táttatae. —
Quid istúc uero 'atatae' te áduertisti tám cito?

IV Nonius 376, 12 'et quoniam non nulli ueterum pro eo, quod protinus est, protinam uel protenis conuerterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt ... Neuius' (ita W Leid. Gen. Bas.) 'in Colace: ubi ... dedi, id est, pedibus longius fugi.'
Commotria. hoc est Paris. a b, Flor. teste H. Keilio est hoc ceteri Commotria Turnebus Adu. XXIII 16 cemetria Flor. teste H. Keilio, Goth. Haun. cametria Paris. a comedia Paris. b Cosmotria Aldina Cosmetria Bothius neuii Flor. teste H. Keilio
Corollaria Cf. Στεφανοπώλιδες Eubuli. I Charisius II p. 178 P. (117 L.) 'efflictim: Naeuius in Corollaria: nolo' e. q. s. 'ubi Probus: usque donicum effligatur.' II Charisius II p. 178 P. (117 L.) 'dapsiliter: Naeuius in Corollaria: ultro' e. q. s. III Charisius II p. 214 P.

---

33 multatis *libri* 34 hoc mihi ennius *libri*, *nisi quod* hennius *Leid.* hoc mihi eminus *ed.* 1496 35 timedus *libri plerique* tamedus *Gen. Bas.* timidis *Hermannus Opusc. II* 279 protinam Me dedi *Hermannus* 36 — 38 *Numeros transponendo pessum dedit Bothius*, *non intellexit Klussmannus* 39 ultro Merétur *Bothius* 41 quid salue attat tattat attate riualis salue *cod.* 42 quid istuc uero te aduertisti quam cito *cod.*, *sed* uero a te *ed. pr.* uero at tatae *Fabricius*, *Putschius*

IV (5)

. . . . . utinam nasum ábstulisset mórdicus!

V (7)

. num non uis móneam te unum, sí uidetur, quippiam?

VI (6)

Nímis homo formídulosust.

VII (10)

st', tace,
Caue uérbum faxis!

VIII (11)

haec demolíte!

IX (1)

Varro de L. L. VII 60 M. 'in Mercatore: non tibi istuc magis diuidiaest quam mi hodie fuit. Hoc idem est in Corollaria Naeui. Diuidia ab diuidendo dicta, quod diuisio distractio est doloris.'

X (2)

Charisius I p. 177 P. (116 L.) 'confestim ... Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.'

XI (8)

Charisius II p. 213 P. (143 L.) 'trit Naeuius in Co-

(143 L.) 'attat tatat attatae: Naeuius in Corollaria ...' IV Charisius II p. 184 P. (121 L.) 'mordicus' V Charisius II p. 192 P. (128 L.) 'quippiam' VI Charisius II p. 186 P. (123 L.) 'nimis: Naeuius ... idem in Corollaria: nimis' e. q. s. VII Charisius II p. 214 P. (143 L.) 'st' (ita Fabricius et Putschius. it cod. teste H. K. et ed. pr.) VIII Diomedes I p. 395 P. 'demolio ... Naeuius in Corollaria h. d. inquit.' (Neuius Monac.) IX hoc eadem est in corollaria neuius Flor. teste H. Keilio, Haun. cum ceteris libris hoc itidem et in Corollaria Naeuius O. Muellerus et praeeunte Spengelio Cf. Fulgentius 565, 3 'quid sit desiduo. Desiduo dicitur diuturne. Vnde et Varro in Corollaria ait: diuidiae mihi fuerunt tam desiduo abfuisse te.' X Corollaria] cotidio ut falso pro cotidie glossam sequentem sine interstitio in cod. legi testatur H. K.

---

44 num non uis te moneam unum, si uidetur, quippiam *Putschius, quae unde hauserit non constat.* num quippiam *om. ceteris cod. teste H. K.* nam quippiam *ed. pr., om. Fabricius* 45 formidulosus est *cod.*
46 st tace *M. Hauptius Philol. I* 376 setale *cod. teste H K. et ed. pr.* st tale *uulgo* 48 demollite *Paris.* 7494

rollaria. Significat autem mut...' (s. autem uocem murum ed. pr. Reliqua huc non pertinent)

DEMENTES

.... animaé pauxillulum ín me habet.

DEMETRIVS

Varro de L. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona... in Clastidio... in Dolo... in Demetrio: persibus a perite, itaque sub hoc glossema callide subscribunt.' Cf. inc. fab. IX

DOLVS

Varro de L. L. VII 107 M. 'multa apud poëtas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in Hesiona... in Clastidio... in Dolo: caperata fronte, a caprae fronte.' (doloreste cod. B Spengelii)

FIGVLVS

Charisius II p. 186 P. (123 L.) 'nimis: Naeuius.... idem in Figulo: nimis auarus.'

GLAVCOMA

.... quód de eo opsónio
Stiló mi in manúm pupugit .....

GYMNASTICVS

I (4)

In áltó nauem iúbe tu destitui ánchoris.

Dementes Cf. *Μαινόμενος* Diphili. Diomedes I p. 335 P. 'habeo et habito dicimus, ut apud Naeuium in Dementibus: animae' e. q. s.

Demetrius Cf. *Δημήτριος ἢ Φιλέταιρος* Alexidis

Dolus Cf. *Δόλων* Eubuli. Klussmannum refutat M. Hauptius Philol. I 375

Glaucoma Priscianus X 5 p. 894 P. (I 496 K.) 'pungo pupugi uel punxi... Naeuius in Glaucoma: quod' e. q. s. (Neuius Reg. Sang. Bong. Barb. glauconia Sang. Grut.)

Gymnasticus I Nonius 280, 1 'destitui est desolari. destitui rursum

---

49 habitat *Paris. Monac., edd.* 50 *sq. Cretici cum baccheis compositi* de eo *Putschius* eo *Erl. b* de *ceteri libri* opsinio *Sang. Grut.* obsonio *ceteri* 51 manum *Reg. Sang. Bamb. Bong. Halb. Grut., Putschius* manu *Erl. a* 52 iube tu] iubet *libri* in alto destitui anchoris nauem iubet *Bothius*

II (1)

. utrum est melius: uírginemne an uíduam uxorem dúcere? —
Vírginem, si músta est.

III (6)

Edepól, Cupido, cúm tam pausillús sis, nimis multúm uales.

IV (2)

Hómines, pecua béluasque

V

Sáxa siluas lápides montes díssicis, dispúlueras.

VI (7)

Atque é bonis meis ómnibus ego te hérem faciam . .

VII (5)

At enim tu nimis spisse átque tarde incédis . . . . . .

VIII (3)

Pól haut parasitórum aliorum símil est . . . . . .

LAMPADIO

Varro de L. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona . . . in Clastidio . . . in Dolo . . . in Demetrio . . . in Lampadione: protinam, a protinus, continuitatem significans.'

statui. Neuius in Gymnastico: in alto' e. q. s. II Nonius 136, 7 'mustum non solum uinum, uerum nouellum quidquid est, recte dicitur. Neuius Gemnastico: utrum' e. q. s. III Nonius 421, 25 'cupido .... cum masculino, deum ipsum ... Neuius Gymnastico: edepol' e. q. s. IV Nonius 159, 5 'pecua et pecuda, ita ut pecora, ueteres dixerunt. Neuius Gymnastico: h. p. b.' V Nonius 95, 27 'dispuluerare est dissoluere. Neuius Gymnastico: saxa' e. q. s. VI Nonius 486, 31 'herem pro heredem. Neuius Gymnastico: atque' e. q. s. (Geminastico Bamb.) VII Nonius 392, 25 'spissum significat tarde ... Neuius Gymnastico: at enim' e. q. s. VIII Nonius 224, 25 'simile est pro similis est, pro masculino positum neutrum ... Naeuius Gemnastico: pol' e. q. s.

---

53 ne an uiduam uxorem *om. Leid.* 55 sis pauxillus *Bothius* 58 atque meis bonis *libri* heredem *libri* atque ego te meis herem omnibus faciam bonis *Bothius* 60 haud *Bentinus* aut *libri* simile est *libri* similist *Ritschelius Mus. phil. VII* 606, *Lachmannus in Lucr.* 29 pol haúd parasitorum áliorum simile ést . . *Hermannus Opusc. V* 267

LVDVS

I

Cedo quí uestram rem públicam tantam ámisistis tám cito?

II

Prouéniebant orátores nouí, stulti adulescéntuli.

LVPVS

. Veiens regém salutans iúbet Albanum Amúlium
Cómiter seném sapientem: cóntra redhostis? — Mín salust?

NAGIDO

Varro de L. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona . . . in Clastidio . . . in Dolo . . . in Demetrio . . . in Lam-

Ludus. Conl. Festo p. 257 M., qui locus sic legendus est: 'quianam pro quare et cur positum est apud antiquos, ut Naeuium in carmine Punici belli: súmme deúm regnátor Quianám genuisti?' ('genus isti' cod.) 'et in satira: quianam Satúrnium Populúm pepulisti? et Ennium' e. q. s. ('satyra quianam genus isti et in satyra quianam' cod.) his igitur conlatis satiram uel nescio quam satiricae indolis fabulam fuisse hunc 'ludum' coniecit Klussmannus p. 159. Eodem referam inc. fab. II Cicero Catonis mai. 6, 20 'quod si legere aut audire noletis externa, maximas res publicas ab adulescentibus labefactatas, a senibus sustentatas reperietis. Cedo' e. q. s. 'sic enim percontabantur, ut est in Naeui poëtae Ludo: respondentur et alia et hoc in primis: prouenicbant' e. q. s. (in neuii poetae ludo Rhenaug. Salisb. Benedictob. Gud. Inderst. et nisi quod ineuii Giss. in neuii posteriori libro Paris. Basil. et nisi quod posteriore Erf.)

Lupus. Pro togata haberi posse monuit Grauertus Philol. II 129, insanit Klussmannus. Si Naeuiana fabula est, uix poterit differre a Romulo, quam inter praetextas rettuli. Festus p. 270 M. 'redhostire, referre gratiam. Nauius in Lupo: Veiens' e. q. s. (Naeuius in Ludo Scaliger Nouius in Lupo Augustinus. Cf. inc. fab. XX)

Nagido, i. e. Ναγιδῶ, ni fallor, nisi praeplacet Nagidio, i. e. Ναγιδίων siue Ναγιδεύς. nagidione Goth. agidione Haun. agidone Paris. a, om. Paris. b. Certum est litera *N* incipere hunc titulum, quod cum fugeret uiros doctos ante O. Muellerum, incredibilia commenti sunt

---

61 cédo rem publicám qui uestram tántam amistis tám cito *Koechly in Miscell. Dresd.* (*Vermischte Blaetter zur Gymnasialreform*) 1847 *p.* 105 62 prouenientur (ur *del.*) *Paris.* prouentabant *cdd. aliq.* tum prouentabant *Hermannus act. lit. Lips.* 1819 *p.* 972 noui et stulti *Paris. Erf.* 63 uel ueiens *cod.* ubi Veiens *Scaliger* saltant *cod.* salutat *Scaliger* saluere *Vrsinus* iubet *Vrsinus* uibae *cod.* iubeo *Scaliger* 63 *sq.* Amulium comiter *Scaliger* mulium comitem *cod.* 64 redhostis menalust *cod.* redhostit Menalus *Scaliger*

padione ... in Nagidone: clucidatus, suauis, tametsi a magistris accepimus mansuetum.' (clucidatus Scaliger caudatus Paris. b Vind. Basil. caudacus Flor. cum ceteris)

[NAVTAE]

Festus p. 310 M. 'supparus [dicebatur puellare] uestimen[tum lineum] — — puni[ceum uestimentum ita uo]cat neui de [bello Puni]co. Et in nautis [uocat Neptuno u]estem consec[ratam supparum. at] nunc supparos [appellamus uela li]na iam crucem [expansa]' e. q. s.

NERVOLARIA

65 . praecisum omásum pernam cállus glisis glándia

PELLEX

Desíne socri tuo, frátri patruelí meo

PERSONATA

Festus p. 217 M. 'Personata fabula quaedam Naeui inscribitur, quam putant quidam primum [actam] a personatis histrionibus. sed cum post multos annos comoedi et tragoedi personis uti coeperunt, ueri similius est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam nouam per Atellanos, qui proprie uocantur personati, quia ius est is non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est.'

Nautae Supplementa incertissima sunt. Klussmannus sole clarius dicit, unum 'supparum' uerbum ex Naeuio citari, quod tamen aperte falsum est. De toto loco magnopere dubito

Neruolaria Nonius 151, 1 'praecisum et omasum partes carnis et uiscerum. Naeuius Neruolaria: praecisum' e. q. s. (Ennius ms. Junii, de Plauto cogitat Ritschelius Parerg. I 96 Neruolaria Ritschelius Herularia ms. Gandense Erularia ceteri libri Aulularia ante Mercerum)

Pellex Cf. Παλλακή Alexidis Menandri Diphili. Nonius 223, 21 'socrus et masculino genere ueteres dici posse uoluerunt. Naeuius Pellice: desine' e. q. s. (Pellice Bothius pellico libri)

Personata. cum post multos annos acta sit quam O. Muellerus, quod si propter personas non depositas dicta sit Personata, necessario

---

65 callus *Mercerus* gallus *libri* callum *ed.* 1526 clifis *Leid.* glifis *ceteri libri* glires *ed.* 1526 glandia *edd.* grandia *libri* 66 desim *Bothius* 2 socro *Bothius* socrui *Klussmannus* patrueli *Mercerus* patrui *libri*

PROIECTVS

I (1)

. . . populus pátitur, tu patiás . .

II (2)

. . . . . . quid moras? — Quia ímperas

QVADRIGEMINI

. . . suo labóri nullus párcuit.

STALAGMONISSA

Deó meo propítio meus homo ést . .

STIGMATIAS

Varro de L. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona . . . . . . in Stigmatia: praebia, a praebendo ut sit tutus, quod sint remedia in collo pueris.'

TARENTILLA

I (7)

Quae ego ín theatro hic meís probaui plaúsibus,
Ea nón audere quémquam regem rúmpere:
Quantó libertatem hánc hic superat séruitus!

iam in usu fuerint illo tempore personae. At uero id Verrius dicit: actam esse hanc fabulam ab Atellanis, qui proprie dicuntur personati. Nam multo ante quam comoedi et tragoedi personis uti coeperunt, Atellani soli eo habitu agebant, postea autem soli deponere eas cogi non poterant. Cf. Munkius de fab. Atell. p. 70

Proiectus, i. e. Expositus. Graeca eiusdem nominis fabula non extat. Diomedes I p. 395 P. 'item patio Naeuius in Proiecto: populus patitur, inquit, tu p. item moro Naeuius in eodem [II].' (in prolecto Monac. moro item Paris. Monac.)

Quadrigemini Nonius 153, 22 'parcuit, pepercit. Neuius Quadrigeminis: suo' e. q. s.

Stalagmonissa? Cf. Lobeckii Pathol. proleg. p. 45 Donatus in Ter. Phorm. I 2, 24 'deo irato meo] uidetur ... addidisse meo, ne esset ἀμφίβολον cui diceret: irato deo. Naeuius in Stalagmonissa: deo' e. q. s. (Neuius Lugd. Hęmnius Dresd. Stalagmonisa deo Cuiac. stalagmonis Adeo Lugd. Stalagmoĩs adeo Gand. stalignionis adeo Dresd. Stalagmonis: Adeo edd. Rom. Vind. Med. Taru. Stalagmo: deo uulgo)

Tarentilla Cf. *Ταραντῖνοι* Alexidis. Adulescentes duo cum peregri, Tarenti ni fallor, rem paternam disperdant, inprouiso a patribus uisuntur. Quorum alterius amica erat Tarentilla. I Charisius II p. 192 P. (128 L.)

---

67 patias *Paris.* potior *Monac.* patias modo *uulgo: uide supra* 68 quia] quid *Paris. Monac., uulgo* 69 labori *edd.* laboris *libri* 70 meo *om. ed. Med.* 73 *An* hanc haec?

II (1)

quáse pila
'In choro ludéns datatim dát se et communém facit.
'Alii adnutat, álii adnictat, álium amat, alium tenet.
'Alibi manus est óccupata, álii percellít pedem,
'Anulum alii dát spectandum, á labris alium ínuocat,
Cum álio cantat, át tamen alii suó dat digito líteras.

III (3)

. facete et défricate

'quanti, cum interrogamus nec emimus; quanto, cum emptam rem quaerimus. Atqui Cato ... o quanti ille agros, inquit, emit ... Naeuius in Tarentilla: quae' e. q. s. II Isidorus Orig. I 25 'Ennius de quadam impudica [74—79].' Paulus Festi p. 29 M. 'adnictat saepe et leuiter oculo annuit. Naeuius in Tarentilla [76].' Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 54 'adnictare, nutum cum oculis facere. Liuius [76].' Ibidem 372 'componitur adnictare (adnictitare), .i. cum palpebris innuere, sicut facimus designando aliquid cum palpebris, unde Plautus [76].' Paulo auctore Naeuium pro Ennio apud Isidorum posuit Areualus III Charisius II p. 178 P. (117 L.) 'defricate' IV

74 quase] quae '*alii*' *libri ap. Areualum* quasi *uulgo* pila In choro *Bothius* in choro pila *libri* 75 datatim *expunctum et superscr.* data tympana *Gu.* 3 dotatim *edd. pr. duae* se *Otto* sese *libri* 76 *Sic Paulus Festi, probauit Lachmannus in Lucr.* 249, *qui* '*quae Isidorus addit, ea non tangere tutius*' *esse censet.* alii adnutat alii adnucitat aliud tenet aliud amat *Thesaurus* 372 alii adnictat alium tenet alium amat *idem* 54 alium tenet alii innuit (*sic Gu.* 1, *alii* annuit *superscr. Gu.* 3 *cum* '*aliis*' alium admittit '*al.*' alium aduocat *Gu.* 4 alii aduictat '*al.*' alii nutat *edd. pr. duae*) *Isidorus* 77 alibi] alii *Gu.* 2 est manus *ed. pr. altera* percellit *Dacerius* peruellit *libri* 78 anulum alii dat *Bothius* alii dat anulum *libri* spectandum *Bothius* exspectandum *Gu.* 1 2 3 4 '*al.*' *edd. pr. duae* aspectandum *ceteri* et a labris *uulgo* 79 alii suo dat] aliis dat *libri* dat aliis *Bothius* *Qui separanda duxerit Isidori et Pauli testimonia, ei ad restituendos Ennio iustos senarios talia fere temptanda erunt:*

quase in choró pila
Ludéns datatim dát se et communém facit.
Aliúm tenet, alii ánnuit, alibí manus
Est óccupata, alií pede (*uel* at álii) percellít pedem,
Alií dat anulum áspectandum, isdem á labris
Alium ínuocat cumque álio cantat, át tamen
Alií dat digito líteras.

A quibus Meinekius Menandri et Philem. rel. p. 75 *de auctore uersuum dubitans in his differt:* 3 tenet alium, alii adnictat, at alibi manus

IV (10)

. utrubi cenáturi estis, hícine an triclínio?

V (12)

. . . . attát tatae! caue né cadas amábo.

VI (6)

. . . ubi isti dúo adulescentés habent,
Qui hic ánteparta pátria peregre pródigunt?

VII (9)

uereor sério.

VIII (2)

Sálui et fortunáti sitis dúo duum nostrúm patres!

IX (11)

Eí ei: etiam se aúdent me coram ápparere . . .

X (8)

Quá pro confidéntia ausus uérbum cum eo fúerim
Fácere rusus

XI (4)

Númquam quisquam amíco amanti amíca nimis fiét fidelis,

Charisius II p. 198 P. (133 L.) 'utrubi' V Charisius II p. 213 P. (143 L.) 'ei ei: Naeuius in Tarentilla ... at at tatae: idem in eadem: attat' e. q. s. Cf. inc. fab. XIII et Alexidis inc. fab. XXI VI Charisius II p. 189 P. (126 L.) 'peregre pro peregri; Naeuius in Tarentilla: ubi' e. q. s. (nāe naeuius cod. teste H. K.) VII Charisius II p. 195 P. (131 L.) 'serio pro uere' VIII Charisius I p. 102 P. (73 L.) 'duum ... Naeuius in Tarentilla: salui' e. q. s. IX Charisius II p. 213 P. (143 L.) 'ei ei' X Charisius II p. 193 P. (129 L.) 'rursus negant dici debere, sed rursum, ut iterum. Maro tamen .... rursus inueni. Nam is' (Naeuius?) 'in Tarentilla: qua' e. q. s. ('Maro tamen, Scandunt rursus equum. Naeuius in Tarentilla' Fabricius 'Maro tamen, Rursus in arma feror; Scandunt ... Et tamen in locis Naeuii rursus inuenimus. Nam is in T.' Putschius) XI Charisius II p. 186 P. (123 L.)

---

4 et alii 5 Alii dat osculum exspectandum de labris. 81 an in triclinio *cod.* 82 ne *om. cod.* amabo *edd.* ambo *cod.* 86 furtunati *cod. teste H. K.* sitis *cod.*, *Bothius*, *om. edd.* 87 etiaam *cod.* audent Inecum una apparere *cod. teste H. K.* audent necum una a. *ed. pr.* audent mecum una a. *Bothius* 88 pro *cod.* porro *ed. pr. cum ceteris* usus uerbum cum eo fuerim facere (*om.* rusus) *cod.* uerbum cum eo ausim facere *ed. pr.* rursus uerbum cum eo ausim facere *Fabricius* ausus fuerim rursus uerbum cum eo facere *Putschius* rursum ausus uerbum cum eo facere fuerim *Lindemannus* 90 siet

Néc erit nimis morígera et uota quísquam . . . . . .

XII (5)

Prímum ad uirtutem út redeatis, ábeatis ab ignáuia,
Dómo patres pátriam út colatis pótius quam peregrí probra.

XIII

Charisius I p. 177 P. (116 L.) 'confestim, uelut competenti festinatione ... confestim pro continuo et sine interuallo ... Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.'

XIV

Charisius II p. 204 P. (137 L.) 'atque pro et . . . . . Cn. Naeuius in Agitatoria [VII], sed et in Tarentilla.'

XV

Varro de L. L. VII 108 M. 'apud Naeuium in Hesiona . . . . . in Tarentilla: pallucidum, ab luce illustre.' (pallucidum Klussmannus, quod ioci causa ex pallore et lucido compositum puto. pacui dum Flor. teste H. Keilio pacuuius dum Paris.a pacuuii dum ceteri libri praelucidum O. Muellerus)

TECHNICVS

Varro de L. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona . . . . . . in Technico: confictant, a conficto conuenire dictum.' (thechnico Flor. therimo cod. B confictant Turnebus conficiant libri)

TESTICVLARIA

. . immo quós scicidimus, eós conscindam atque ábiciam.

'nimis' XII Charisius II p. 189 P. (126 L.) 'peregri autem, cum in loco est. Plautus in Persa: qui erus peregri est. Naeuius in Tarentilla: primum' e. q. s.

Testicularia Cf. Ritschelius Parerg. I 141 Priscianus X 4 p. 890 P. (1491 K.) 'scindo scidi: uetustissimi tamen etiam scicidi proferebant . . . . . Naeuius in Testicularia: immo' e. q. s. (Neuius Reg. Sang. Bong. Halb. Grut. Barb. in testicularia om. Sang.)

Fabricius, *Putschius* 91 nec nimis erit *cod.* morigerel nota quisquā *cod. teste H. K.* morigera nota quisque *edd.* 92 redeatis *Fabricius*, *Putschius* redactis *ed. pr.* reductis *cod.* 93 domo] *Cf. Varro de re rust. I* 8 domos *cod.* probro *cod.* 94 scicidi minus *Grut. Sang. et*

TRIBACELVS

Deos quaéso ut adimant ét patrem et matrém meos.

TRIPHALLVS

. si úmquam quicquam fílium rescíuero
Argéntum amoris caúsa sumpse mútuum:
Extémplo te illo dúcam, ubi non déspuas.

TVNICVLARIA

I (2)

Théodotum
Compíles, [nuper] qui áras Compitálibus

Tribacelus (Τριβάκηλος) Donatus in Ter. Adelph. IV 1, 5 'moriatur scilicet. Et hoc aduersus seruum debet dicere, ne indecorum adulescentis personae sit haec ita dixisse, quamuis eius modi adulescentes inducant comici, ut Naeuius in Tribacelo: deos' e. q. s. (Neuius Lugd., edd. Rom. Vind. Med. Taru. cuius Dresd. tribascelo ed. Mediol. tribaselo cod. Lugd., edd. Rom. Vind. Taru. tribasello cod. Gand. ter baselo cod. Dresd. Triphallo Bothius)

Triphallus Cf. Varronis satura Τρίφαλλος περὶ ἀρρενότητος. Gellius II 19, 6 'aliter enim dictum esse resciui aut rescire apud eos, qui diligenter locuti sunt, nondum inuenimus, quam super is rebus, quae aut consulto consilio latuerint aut contra spem opinionemue usu uenerint. Quamquam ipsum scire de omnibus communiter rebus dicatur uel aduersis uel prosperis uel insperatis uel expectatis. Naeuius in Triphallo ita scripsit: si' e. q. s. (Ne,uius Reg. Neuius Rott.)

Tunicularia I Festus p. 230 M. 'penem antiqui codam uocabant — — dictum est forsitan a pendendo. Naeuius' (neut' cod. teste H. K.) 'in Tunicularia: Theodotum' e. q. s. 'significat peniculo grandi, id est coda.' Respondit de hoc loco Klussmanno Th. Panofka Mus. phil. IV 133 sqq. conl. Macrobio Sat. I 7, 34. Acumen horum uersuum in eo positum uidetur, quod triuialem nulliusque artis tabulam picturus tamen quasi diuinum opus esset aggressus undique se circumsaepsit Theodotus. Hunc autem cautissimum et optime munitum uirum ex ipsa aede furari posse

---

corr. m. alt. in scicidimus *Bong.* sciscidimus *Reg.* eos *om. libri* conscindam, n *in ras., Barb.* abiciam *Reg. Bong. Halb.* abiiciam *uulgo* 95 adimant *Dresd., edd. Rom. Vind.* adimantur *Lugd.* adiuuent *Gand., edd. Med. Taru.* et matrem et patrem *Lugd., fortasse recte* 96 umquam si *Carrio Antiq. lect. I* 11 quidquam (c *supra* d) *Rott.* 97 amori *Rott.* sumpse *Fruterius Veris. II* 11, *Carrio* sumpsisse *Reg. Vat.* sūpsıſse (use *corr. in* isse) *Rott.* 98 *De pistrino et de capistro molentium ori affixo interpretatur Gronouius* te illo *Bothius* illo te *libri* 100 compellas *cod.* compella *Scaliger Castig. ad Fest. p. CXX* appellas *O. Muellerus* adpelles *Bothius* nuper *om. cod.*

Sedéns in cella círcumtectus tégetibus
Larés ludentis péni pinxit búbulo.

II (1)

éxbolas
Aúlas quassant.

III (3)

eius nóctem nauco dúcere

INCERTARVM FABVLARVM

I (inc. trag. 27)

Patí necesse est múlta mortalém mala.

II (Enn. inc. fab. 7 Naeu. Add. 8)

Dictátor ubi currum ínsidit, peruéhitur usque ad
óppidum.

III (App. 1)

Etiám qui res magnás manu saepe géssit glorióse,
Cuius fácta uiua núnc uigent, qui apud géntes solus
praéstat,

callidus fur dicitur II Varro de L. L. VII 108 M. 'apud Naeuium in Hesiona ..... in Tunicularia: exbolas aulas quassant, quae eiciuntur, a Graeco uerbo ἐκβολή dictum.' (auricularia cod. uet. Turnebi) III Festus p. 166 M. 'naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis — — — et Naeuius in Tunicularia: eius' e. q. s.

Incertarum fabularum I Hieronymus ad Heliodorum epist. 3 in epit. Nepot. 'Naeuius poëta pati, inquit, necesse est m. m. m.' II Varro de L. L. V 153 M. 'in circo primo unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres, Naeuius oppidum appellat. Carceres dicti, quod coërcentur equi ... Quod ad muri speciem pinnis turribusque carceres olim fuerunt, scripsit poëta: dictator' e. q. s. III Gellius VII 8, 5 'Scipionem istum, uerone an falso incertum, fama tamen, cum esset adulescens, haud sincera fuisse et prope modum constitisse, hosce uersus a Cn. Naeuio poëta in eum scriptos esse: etiam' e. q. s. 'His ego uersibus credo adductum Valerium Antiatem aduersus ceteros omnis scriptores de Scipionis moribus

---

101 circumtectus *O. Muellerus* circumtectuas *cod.* circumtecta *Scaliger* 103 ecbolas *O. Muellerus* 104 aulas quassant *Goth.* atilas (ti *corr. ut uid. in* u) qua^s sant *Flor. teste H. K.* alias quassant *Paris.* a quassant, aulas (*ita ut* aulas *Varronis interpretamentum sit*) *uulgo* 105 nauci *Bothius* 107 *Numeros non perspexerunt.* dictatór u. c. i. Peruéhitur usque ad óppidúm *uersu Saturnio Hermannus Elem. d. m.* 637 insidet *suadet Fleckeisenus* 108 magnas manu saepe *Vat. cum deterioribus* manu magnas saepe *uel* manu saepe magnas *Fleckeisenus l. l.* gloriasse (o *supra*) *Vat.* 109 uiua nunci (*in mg.* uiua nunc *m. rec.*) *Vat.*

Eum suús pater cum pállio uno ab amíca abduxit . .

IV

regum fíliis
Línguis faueant átque adnutent . . et subséruiant

V (inc. trag. 21)

Líbera linguá loquemur lúdis Liberálibus.

VI (inc. trag. 24)

Festus p. 210 M. 'Pisatilem appellat Naeuius Pantaleontem, id est Pisis oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur.'

VII

Tantum íbi molae crepitúm faciebant, tíntinnabant cómpedes.

VIII (18)

. utrum scapulae plús an collus cálli iam habeat, néscio.

IX (11)

. écqui fuerit pérsibus, cum argénti adest orátio?

sensisse.' Desunt in Par. et Rott. Ex comoedia sumpta esse uidentur Fleckeiseno Epist. crit. ad M. Hertzium p. 29 post Klussmannum IV Fronto epist. II 13 ep. 57 d. Rom. (62 Nieb.) 'item quod Plautus egregie in Colace super eadem re ait: Qui data fide firmata fidentem fefellerint Subdoli subsentatores, regi qui sunt proximi, Qui aliter regi dictis dicunt, aliter in animo [autem] habent. Haec enim olim incommoda regibus solis fieri solebant: at enim nunc adfatim sunt qui et regum filiis, ut Neuius ait, linguis' e. q. s. V Paulus Festi p. 116 M. 'Liberalia Liberi festa, quae apud Graecos dicuntur *Διονύσια*. Naeuius: libera' e. q. s.
VI Paulus p. 211 M. 'Pisatilem Naeuius dixit e Pisis oriundum.' Pisalitem Festi cod. Pisatem Lindemannus Pisatidem Meinekius Del. anth. Gr. 239 Cf. Heraclides Politiarum c. 6 VII Festus p. 364 M. 'tintinnare est apud Naeuium hoc modo: tantum' e. q. s. Paulus p. 365 M. 'tintinnire et tintinnabant Naeuius dixit pro sonitu tintinnabuli.' VIII Nonius 200, 25 'collus masculino . . . . . Neuius Cor: utrum' e. q. s. (Naeuius Colace Junius Animadu. VI 10 'e codice suo', Hermannus Opusc. II 279. Propius ad literas accesserit Corollaria) IX Festus p. 217 M. 'persibus' (ita Scaliger Coni. in Varr. 160 persicus cod.) 'peracutum significare uidetur, ut Plautus

110 amica *deteriorum pars* amico *ceteri cum Vat.* pallio ab amico abduxit uno *Klussmannus* 112 linguis *deest apud Niebuhrium* adque *cod.* 115 plus angulus *Leid.* calli habeat *libri* habeat calli *Hermannus* 116 et qui fuerit persicus carpenti adstratio *cod.*, *in quibus* adest ratio *latere uidebatur Augustino*, captanda est ratio *Dacerio*, carpenda est ratio *Bothio*

X (6)

Non hércle apluda est hódie quam tu néquior.

XI (5)

Péssimorum péssime, audax, gáneo lustro áleo!

XII

Vagus ést et lustro

XIII (Lycurg. 1)

Risi égomet mecum cássabundum ire ébrium.

XIV (10)

Cócus edit Neptúnum Venerem Cércrem . . . . .

XV (12)

. . petimine púscino qui méruerat

XVI

Festus p. 242 M. 'penitam offam Naeuius appellat absegmen carnis cum coda: antiqui autem offam uocabant abscisum globi forma, ut manu glomeratam pultem.' (poenitam cod., corr. Vrsinus)

— Naeuius: et qui' e. q. s. Cf. Demetr. X Paulus Festi p. 10 M. 'apluda est genus minutissimae paleae frumenti siue panici, de qua Naeuius: non' e. q. s. Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 54 'appluda, sorbitiuncula ex paleis facta. Naeuius: non' e. q. s. XI Paulus Festi p. 29 M. 'aleonem aleatorem.' Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 30 'hic aleo, nis i· ille qui assidue cum aleis ludit, unde Naeuius: pessimorum' e. q. s. XII Thes. nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 313 'hic lustro, nis ·i· ille qui uagus est et nihil agit nisi fora lustrat, unde Naeuius de quodam: uagus, inquit, est et lustro.' XIII Varro de L. L. VII 53 M. 'apud Naeuium: risi' e. q. s. 'cassabundum a cadendo.' (Neuium Flor. Ennium Goth. Haun.) XIV Paulus Festi p. 58 M. 'cocum et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Naeuius: cocus, inquit, edit' e. q. s. 'Significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem olera.' Thes. nou. Lat. l. l. VIII 131 'et notandum quod coquus et pistor idem apud antiquos dicebantur, unde Ennius: coquus' e. q. s. XV Festus p. 209 M. 'petimina in humeris iumentorum ulcera, et uulgo appellant — eo nomine autem et inter duos armos suis quod est aut pectus solitum appellari testatur Naeuius in descriptione suillae quom ait: petimine' e. q. s. XVI Idem 230 'penem antiqui codam uocabant. a qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita uocatur.' Cf.

---

117 est hodie apluda nequior quam tu *Thesaurus* 118 lurco *Pauli Wolfenb., Bothius* 121 Cererem Venerem *Thesaurus* 122 piscino *cod.* porcino *Dalecampus in Plin. N. H. II* 37

XVII (14)

Mérula . . . sanderacino óre

XVIII (7)

bilbit ámphora

XIX (Nou. Virg. 3)

An náta est sponsa praégnas? uel aï uél nega.

XX (13)

Vél quae sperat sé nupturam uírginem adulescéntulo,
'Ea licet seníle tractet rétritum rutábulum —?

XXI (15)

Sónticam esse opórtet causam, quam óbrem perdas múlierem.

Arnobius adu. gent. VII 24, 230 XVII Festus p. 325 M. 'sanderacam [ait esse genus coloris,] quod Graeci sa[ndycem appellant.] Naeuius: meru[la sanderacino ore.]' Paulus p. 324 M. 'sandaraca genus coloris.' XVIII Paulus Festi p. 34 M. 'bilbit factum est a similitudine sonitus, qui fit in uase. Naeuius bilbit amphora inquit.' Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 67 'et bubo, is uerb. neut. ·i· sonitum facere ad similitudinem noui musti et nouae cereuisiae, quando spumescit in dolio, unde Naeuius bubit amphora inquit.' XIX Diomedes I p. 370 P. 'aio uerbum . . . de cuius imperatiuo non nulli ambigebant. uerum dictum est ai, ut Naeuius alicubi: an' e. q. s. (neuius Monac. neuimus Paris.) Priscianus X 1 p. 875 P. (I 473 K.) 'aio . . . imperatiuus in i terminans . . . Naeuius: an' e. q. s. (neuius Barb. Sang. Bong.) Idem X 9 p. 905 P. (I 510 K.) 'aio . . . imperatiuo in i terminante. Sic enim Probus de dubio perfecto tractans ostendit Naeuium protulisse: an' e. q. s. Idem X 9 p. 906 P. (I 511 K.) 'quod autem in aliis' (sc. personis, dicit de prima sing. et tertia plur.) 'corripitur' (uocalis a), 'ostendit usus . . . Naeuius: an' e. q. s. (et ennius Halb.)

XX Festus p. 262 M. 'rutabulum est quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia [utuntur.] Nouius in Pico — — Nauius obscenam uiri partem describens: uel quae' e. q. s. (Naeuius uulgo Nouius Augustinus. Cf. Lupus) XXI Festus p. 290 M. 'sonticum morbum in XII significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa, quem non nulli putant esse, qui noceat, quod sontes significat nocentes. Naeuius ait: sonticam' e. q. s. Paulus p. 291 M. 'sonticum iustum.

---

123 sandaracino *Paulus* 124 bubit *Thesaurus* amphora inquit *Naeuio uindicat O. Muellerus* 125 amata est (ann *sup. m. alt.*) *Bong. Prisciani p.* 875 an est nata *Diomedes* sponsa praegnas *Halb. Prisciani p.* 875 905 sporis ad praegnans *Par. Diomedis* sporis ab regnans *Monac. eiusdem* sponsa praegnans *uulgo* uel ai nega *Par. Diomedis* 126 uirginem] uiri *cod.* adolescentulo *Vrsinus* adulescentulos *cod.* uel quae desperat nupturam se uiro adulescentulo *Bothius*

XXII (Add. 5)

Haec quidem hércle, opinor, praéfica est: quasi mórtuum collaúdat.

XXIII (Nou. inc. 6)

. . . quid si táceas? dum te uídeat, tam etiám sciat,
Quid scríptum sit.

XXIV (8)

Paulus Festi p. 36 M. 'butubatta Naeuius pro nugatoriis posuit, hoc est, nullius dignationis.'

XXV (9)

Paulus Festi p. 62 M. 'concipilauisti dictum a Naeuio pro corripuisti et inuolasti.'

XXVI (Add. 9)

Varro de L. L. VI 70 M. 'sponsus. consponsus. hoc Naeuius significat cum ait consponsi.' (neuius Flor.)

XXVII

. . . . depúuit me miseram ád necem.

Naeuius: sonticam' e. q. s. XXII Varro de L. L. VII 70 M. 'praefica dicta, ut Aurelius scribit, mulier ad luctum quae conduceretur, quae ante domum mortui laudeis eius caneret ... [Quibus testimonium est] quod fretum est Naeuii (sc. loco): haec' e. q. s. (quibus testimonium est dittographia pro insolentioris formulae quod fretum est interpretamento irrepsisse uidetur. q. t. est quod affert idem Ritschelius Parerg. I 98. Quadrigeminis nomen in literis quod fretum est latere coniecit O. Muellerus.) Paulus Festi p. 223 M. 'praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naeuius: haec' e. q. s. XXIII Festus p. 360 M. 'at antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut Naeuius: quid' e. q. s. Nugatur interpres Klussmannus, ut solet XXVI Paulus Festi p. 41 M. 'consposos antiqui dicebant fide mutua colligatos.' Cf. Romuli fr. II Lachmannus Mus. Rhen. VI 118 XXVII Thes. nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 175 'depuire uerberare. Naeuius: depuit' e. q. s. Cf. Paulus Festi p. 70 M. 'depuuere, caedere. Lucilius: palmisque misellam Depuuit me.' ut Naeuium falso intulisse uideatur glossator

---

129 mehercle *Paulus* quasi] quae sic *Paulus* nam *Varro uel* . . . haec quidem hércle opinor praéficast: Nam mórtuum collaúdat *uel adeo* . . . . . . haec q. h. o. p. Quaé sic m. c. *Ritschelius l. l. Placent numeri Bothiani* 130 taceat *cod.* te *om. cod.* 132 depuit *Thesaurus*

TRABEA
EX INCERTIS FABVLIS

I

Léna delenita argento nútum obseruabit meum,
Quíd uelim, quid stúdeam: adueniens dígito inpellam iánuam,
Fóres patebunt, de ínprouiso Chrýsis ubi me aspéxerit,
'Alacris obuiám mihi ueniet cómplexum exoptáns meum,
Míhi se dedet: Fórtunam ipsam anteíbo fortunís meis.

II

'Ego uoluptatem ánimi nimiam súmmum esse errorem árbitror.

III

Cicero ad Fam. IX 21 (Paeto) 'ain tandem? insanire tibi uideris, quod imitere uerborum meorum, ut scribis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses. cum uero etiam uincas, me prius irrideas quam te oportet. Quare nihil tibi opus est illud a Trabea, sed potius ἀπότευγμα meum.' Paetum Trabeae uersu quodam usum esse quo significaret non succedere ipsi quod aggressus erat, conicit Manutius.

T r a b e a e e x i n c. f a b. I Cicero Tusc. disp. IV 31, 67 'aliter enim Naeuianus ille gaudet Hector: laetus sum' e. q. s. 'aliter ille apud Trabeam: l e n a ... d e d e t. Quam haec pulchra putet, ipse iam dicet: F o r t u n a m ... m e i s.' II Cicero Tusc. disp. IV 15, 35 'quae' (appetitio nimia) 'si quando adepta erit id, quod ei fuerit concupitum, tum fertur alacritate, ut nihil ei constet quod agat: ut ille qui u o l u p t a t e m a n i m i n i m i a m s u m m u m e s s e e r r o r e m a r b i t r a t u r.' In quibus Trabeae uersum latere perspexit Bentleius. Cicero ad Fam. II 9 'repente uero incessi omnibus laetitiis. In quo cum obiurgarer quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam: e g o u o l u p t a t e m a n i m i n i m i a m.' Idem de fin. II 4, 13 'nam et ille apud Trabeam u o l u p t a t e m a n i m i n i m i a m laetitiam dicit.'

---

3 fori' patebit *Bentleius* *Versus* 5 *particulas coniunxit Bentleius* 6 animi] homini *cod. ep. ad Fam.* errorem] aegrorem *Bentleius, quod uerum non esse apparet loco ad Fam. II* 9 arbitror *Bentleius* arbitratur *Cicero*

ATILIVS

MISOGYNOS

Cicero Tusc. disp. IV 11, 25 'odium mulierum quale in misogyno Atili est.' (missogino Reg. Pith. *μισογύνῃ* Meinekius in Men. rel. p. 115, qui se non repugnare dicit, si quis Atilii fabulam e Menandro expressam statuat)

EX INCERTIS FABVLIS

I

Suam cuíque sponsam, míhi meam: suum cuíque
amorem, míhi meum.

II

pér laetitiam líquitur
'Animus.

III

Cape caéde, Lyde, cóme conde . . .

AQVILIVS

BOEOTIA

I

Vt illúm di perdant, prímus qui horas répperit,
Quique ádeo primus státuit hic solárium.

Atili ex inc. fab. I Cicero ad Att. XIV 20, 3 'non modo mihi sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari: quare sine quaeso sibi quemque scribere. Suam cuique' e. q. s. 'Non scite: hoc enim Atilius poëta durissimus.' II Varro de L. L. VII 106 M. 'Aurelius scribit delicuum esse ab liquido, Claudius ab eliquato. Si quis alterutrum sequi malet, habebit auctorem apud Atilium: per l. l. a. A liquando liquitur fictum.' (Accilium Turnebi cod. Attilium Haun. Caecilium cod. B) III Varro de L. L. VII 90 M. 'apud Atilium: cape' e. q. s. 'cape, unde accipe: sed hoc in proximo libro retractandum.' (Acilium cod. B)

Aquili Boeotia Cf. *Βοιωτία* Antiphanis Theophili Menandri I Gellius III 3, 4 'alias probauit' (Varro) 'adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto uindicauit sicuti istam quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boeotia.

---

4 Lyde *edd. uulg.*, *probauit Lachmannus in Lucr.* 324 lide *libri*, *tuetur O. Muellerus* elide *susp. Spengelius* lude *Scaliger* conde] tunde *Turnebus*

1 dii *Vat. Vind. Rott.* oras *Rott.* reperit *Vat.* 2 quic-

Qui míhi comminuit mísero articulatím diem.
Nam olím me puero uénter erat solárium,
Multo ómnium istorum óptumum et ueríssumum:
Vbi úbi monebat ésse, nisi quom níl erat.
Nunc étiam quom est, non éstur, nisi solí lubet.
Itaque ádeo iam oppletum óppidumst sołáriis,
Maiór pars populi ut áridi reptént fame.

Nam cum in illis una et uiginti non sit et esse Aquili (aqli Vat. Rott.) dicatur, nihil tamen Varro dubitauit quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitauerit, si uel hos solos ex ea fabula uersus cognouerit, qui quoniam sunt, ut de illius Plauti more dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et ascripsimus. Parasitus ibi esuriens haec dicit: ut illum di perdant' e. q. s. Disputauit de hoc loco Ritschelius Parerg. I 83 sqq. 123 sqq. 208. Qui quoniam 'oppletum esse solariis oppidum' non nisi aliquot annis post DLXXXIX (Plinio N. H. VII c. 60 auctore) recte dici potuerit, septimo demum saeculo uersus illos ueteri fabulae Boeotiae rursus in scenam reductae insertos, Varroni autem, ut qui aliter ne potuerit quidem aut de Plauto aut de Atilio cogitare, omnino non lectos esse coniecit. Sed restat scrupulus. Qui enim parasitus ille, si septimo saeculo solaria querebatur, narrare poterat se puero nullum extitisse solarium nisi uentrem, quando iam anno urbis CCCCLXXXXI primum horologium in publico statutum fuisse docuerit Varro teste Plinio l. l.? Et de abolito certe accensi meridiem proclamandi officio aperte dicitur in eo uersu quem seruauit Varro (II). Itaque nolim Gellio docto alioquin uiro fidem suam derogare, sed potius ita statuere, parasitum nostrum puerum fuisse ante annum CCCCLXXXXI, deinde semel statuto publico horologio priuatos quoque homines in eius, quod non adeo difficile ad imitandum fuerit, speciem exempla in suum usum sibi procurasse. Quamquam ne illud quidem, si quid uideo, ueterum auctoritati repugnet, si publico sumptu per urbem plura solaria eo tempore distributa fuisse sumas. Nam ita Plinius l. l.: 'paruerunt tamen ei' (quod e Sicilia deportauerat M' Valerius Messala) 'annis undecentum, donec Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paulo fuit censor, diligentius ordinatum iuxta posuit', paruerunt ui mirum artificii generi, quod cum corrigere non scirent, repeti tamen infinitis exemplis nihil inpediuit. Aquili autem nomen spernere cum Ritschelio l. l. 130 (qui Atilium p. 124 dubitanter substituit) ausus non sum, quod e tenebris quidem, quoquo te uerteris, effugium nullum est.

---

que ad eo *Vat.* 3 cominuit *Reg.* articulatim *corr. ex* articulatum *Vat.* 4 olim *Ritschelius*, *om. libri* ueter *Vat.* uetel *Reg.* uet *Rott.* 5 omnium (optumum) *Vat.* optimum *Par. Rott.* 6 ubiubi *Ritschelius cum edd. ant.* ubi iste *libri* ubiuis ste *M. Hertzius* nichil *Vat. Rott.* nihil *celeri* 7 quom *Bothius* quod *libri plerique* quid *Rott.*
estur *edd. ant.* est *libri* libet *Vat. Par. Rott.* 8 oppidum est *Bothius* est oppidum *libri* 9 populi ut aridi reptent *Ritschelius* populiari direptā *Rott.* populi aridi reptant *ceteri libri*, *nisi quod* reptant *Vind.*

II

Vbi prímum accensus clámarat merídiem

LICINIVS IMBREX

NEAERA

Nolo égo Neaeram té uocent, set Nérienem,
Cum quidém Mauorti es ín conubiúm data.

CAECILIVS STATIVS

AETHRIO

I (1)

De nócte ad portum súm profectus prósumia.

II (2)

Ei périi: quid ita número uenit? fúge domum.

II Varro de L. L. VI 89 M. 'accensum solitum ciere Boeotia ostendit, quam comoediam Aquilii esse dicunt, hoc uersu: ubi' e. q. s. (Aquilii Turnebus et Gronouius in Gell. III 3 alii libri, om. Vindob. alfi, sic cum script. comp., ed. pr. Cf. Ritschelius Parerg. I 11 sq.

Licini Neaera Cf. Νέαιρα Timoclis et Philemonis. Parasitus assentator militis sui amatae dicere uidetur. Gellius XIII 22, 16 'praeter Plautum etiam praeterque Gellium Licinius Imbrex, uetus comoediarum scriptor, in fabula, quae Neaera' (neara Par. nerea Lugd. Guelf.) 'scripta est, ita scripsit: nolo' e. q. s. 'Ita autem se numerus huiusce uersus habet, ut tertia in eo nomine syllaba, contra quam supra dictum est, corripienda sit, cuius sonitus quanta apud ueteres indifferentia sit, notius est quam ut plura in id uerba sumenda sint.'

Caecili Aethrio. Aetherium Iouem intellegit Spengelius p. 6 Amphitruoni non multum dissimilem fabulam fuisse coniciens. Et deorum sane partes in ea fuisse uidentur secundum fr. IV. Aeschrionem Apollodori transtulisse uidetur Meinekio Hist. cr. 461 I Nonius 536, 12 'prosumia nauigii genus. Caecilius Meretrice ... idem Aethrione: de nocte' e. q. s. (Antrione W Amphitrione Bamb., Junius) II Festus p. 170 M. 'Panurgus Antonius haec ait: numero nimium cito, celeriter nimium —— celeriter. Caecilius in Aethione: ei' e. q. s. (Aethrione

---

10 clamarit *cod. B* clamauit *Osannus Anal. cr.* 185

1 neaerem *Lugd.* neaera *Germ. Petau.* neaere *Par.* set *Lugd.* sed *uulgo* *De formae* Nerienem *mensura Fleckeisenus Epist. crit. ad M. Hertzium p.* 32 2 quandoquidem *Bothius* cum quondam *Lion* quoniam quidem *Fleckeisenus l. l. p.* 36 Mauorti] Marti *libri*, *nisi quod* marci *Lugd.* ẽ *Voss. Germ.* ẽ *Petau.* conubium *Voss. Germ. Magl. Lugd. Petau. Reg. Par.* (*m. alt.* cōnubium) connubium *uulgo*

1 prouectus *Bamb.* profec *W* 2 perii *uulgo* peri *cod.* fuge *Augustinus in mg.* fuce *cod.* hei perii! — quid ita? — numero

III (Aeschr.)

Orám reperire núllam, quam expediám, queo.

IV (3)

Cum Mércurio capít consilium, póstquam sentinát satis.

V

. uóltis? empta est: nóltis? non empta ést . .

ANDRIA

Condúcit nauem pútidam . . . . .

ANDROGYNOS

I (1)

Sepúlchrum plenum taéniarum, ita út solet.

Vrsinus) III Festus p. 182 M. 'orae extremae partes terrarum, id est maritimae dicuntur, unde et uestimentorum extremae partes, quae quidem et primae dici possunt. Caecilius in Aethrione usus est pro initio rei, cum ait: oram' e. q. s. IV Festus p. 339 M. 'sentinare, sat agere, dictum a sentina, quam multae aquae' ('quod multum aquae' O. Muellerus, quo non opus est) 'nauis cum recipit, periclitatur. Caecilius in Aethrione: cum' e. q. s. Paulus p. 338 M. 'sentinare, sat agere, dictum a sentina nauis, quam quis ut aqua liberet euacuare contendit. itaque sentinare est subtiliter periculum uitare. Caecilius: capit' e. q. s. V Diomedes I p. 381 P. 'apud ueteres reperimus id quod nolumus, non uultis: ut est apud Lucilium: uultis' e. q. s. (ut est in Etheriore apud Lucilium actiuum 'ms. cod.' C. Scioppii Susp. lect. IV 22 ut est in etherione apud Lucilium actiuum Monac. et nisi quod acti≡um Paris. ut est in Aethrione (uel Aetherione) apud Caecilium Statium J. Beckerus Philol. IV 78, qui narrat uirum doctum Lucilii a Dousa editi exemplo in Jenensi bibl. extanti ascripsisse: 'Caecilii est, uid. Diomed.')

Andria Caecili num recte feratur dubitat Ritschelius Parerg. I 133, quod cum ex Graecis Menandria sola nota sit, si eandem, quam Caecilius olim dederat, repetere ausus esset Terentius, uix ei in prologo de ea re tacere licuisset. Et in promptu sane est 'Andreae' titulum fortasse ex compendio 'Andr.' ortum mutare in 'Androgynum'. Sed non dissimulandum est necessariam eam mutationem non uideri. Nam ut ex Andria et Perinthia suam fabulam contexuit Terentius, ita Caecilius aliis aliunde partibus adsumptis satis diuersum argumentum proposuisse fingi potest. Ne deperditarum fabularum memoriam excitem. Nonius 152, 27 'putidum, putre ... Caecilius Andrea: c. n. p.'

Androgynos (Menandri?) I Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno: sepulchrum' e. q. s.

---

uenit. — fuge domum! *Spengelius* 3 quam *cod.*, *quod tuetur Lachmannus in Lucr.* 223 qua me *Carrio Ant. lect. I* 13 qua *mulit Spengelius* 4 cum Mercurio *om. Paulus* 5 emta Nollis *ms. cod. C. Scioppii* 6 putidam *edd.* putridam *libri*

II (2)

Séd ego stolidus, grátulatum méd oportebát prius.

ASOTVS

I (7)

nam ego
Duábus uigiliís transactis dúco desubitó domum.

II (4)

Ad amícos curret mútuatum. — Mútuet
Mea caúsa.

III (3)

Iam dúdum depopulát macellum . . .

IV (2)

Tun iám callebis, ílle festus désidet?

V (1)

Meretíssimo hic me eiécit ex hac décuria.

VI (6)

Nihílne, nil tibi ésse quod edim? . . .

VII (5)

Nihíl fore opino intér me atque illum . . .

II Festus p. 317 M. stolidus, stultus — — Caecilius in Hypobolimaeo — et in Andronico: sed' e. q. s. (Androgyno Augustinus)
Asotus. Amatam, ni fallor, noctu clanculum a se in domum paternam ductam esse narrat adulescens asotus fr. I, de eodem patri fr. II sermo est uel cum sene amico uel cum seruo. Obsonantis sumptus tanguntur fr. III. Parasitum loquentem habes fr. V et VI I Nonius 517, 13 'desubito ... Caecilius Asoto: nam' e. q. s. (Asato Bamb.) II Nonius 474, 1 'mutumet' (mutũet Bamb.) 'mutuum sumat. Caecilius Asoto: ad' e. q. s. (Asato Bamb.) III Nonius 471, 16 'populat est et passiuum populatur ... Caecilius Asoto: iam' e. q. s. (Asato Bamb.) IV Nonius 258, 10 'callet etiam dictum a callositate.' V Nonius 139, 19 'meritissimo. Turpilius Paraterusa [II] Caecilius Asoto: meretissimo' e. q. s. ('Turpulius paraterus meretissimo' mediis omissis Bamb.)
VI Nonius 507, 4 'edim' (edi libri) 'pro edam. Caecilius Asoto: nihilne' e. q. s. (Asato Bamb.) VII Nonius 475, 4 'opino pro opinor ... Caecilius Asoto: nihil' e. q. s. (Asato Bamb.)

---

8 med oportebat *Bothius* me oporteat *cod.* 10 ducor *uir doctus in Stephani exemplari* 11 *sq. Septenarium continuare maluit cum Bothio Spengelius* 14 tunc *Basil.* tum *ceteri libri* tu *uulgo* festum *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 778 fessus *Bothius* 15 meretissimo *Bamb.* meritissimo *ceteri* 16 nihilne hil *Leid.* nihilne *Bamb.* nihilne nihil *ceteri* edim *edd.* edi *libri* 17 *Iambos descripsit Spengelius, trochaeos posito* nil *Bothius* opinio *Bamb.* me *Bamb.* mea *ceteri*

CHALCIA

I (inc. 12)

sat híc uicinus ásses
Peperísset nobis.

II

numquid nám fores
Fecére soniti?

CHRYSION

. . quamquam ego mercéde huc conductús tua

Chalcia Fr. I fortasse ad eundem senem referendum est, de quo in cognomine Menandri fabula haec (III) dicuntur: *οὐκ ἂν γένοιτ' ἐρῶντος ἀθλιώτερον Οὐδὲν γέροντος πλὴν ἕτερος γέρων ἐρῶν· Ὃς γὰρ ἀπολαύειν βούλεθ' ὧν ἀπολείπεται Διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὗτος οὐκ ἔστ' ἄθλιος;* I Nonius 464, 22 'parere etiam uiros dici posse Caecilius auctor est Chalciis: sat' e. q. s. 'Dictum id prudenter et mutuatum ab Homero: *αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.*' (Chalciis Spengelius Calchis libri dictum id prudenter et mutuatum Grauertus Anal. 111 datum id prudente mutuatum libri datum. Id prudenter mutuatum, ut datum Caecilii sit, Bothius. datum. Dictum id prudenter et natum Spengelius) II Nonius 491, 25 'soniti et sonu pro sonitus et sono' ('soni et sonus pro sonitus et sona' libri) 'Pacuuius Duloreste: quidnam ... Caecilius Calcis: nam quidnam' e. q. s. (Chalciis Junius)

Chrysion. Ita (non 'Chrysius') scribendum esse uidit Spengelius p. 6. In Antiphanis Chryside (II) habes: *τέτταρες δ' αὐλητρίδες Ἔχουσι μισθὸν καὶ μάγειροι δώδεκα καὶ δημιουργοὶ μέλιτος αἰτοῦσαι σκάφας.* Gellius VI 17, 13 'quis adeo tam linguae Latinae ignarus est, quin sciat eum dici obnoxium, cui quid ab eo, cui esse obnoxius dicitur, incommodari et noceri potest, et qui habeat aliquem noxae, id est culpae suae conscium? ... Qua uero ille grammaticus finitione usus est, ea uidetur in uerbo tam multiplici unam tantum modo usurpationem eius notasse, quae quidem congruit cum significatu, quo Caecilius usus est

---

18 *sq.* sat hic uicinus se as perisse (asperasse *Bamb.*) et uobis *libri* Calchissat hic uicinus: se ait peperisse nobis *Bothius* 2 at hic uicinus sat peperit et uobis datum *Spengelius senarium dicens* ait hic uicinus eas nobis peperisse se *uel* ait hic u. eas peperisse se Vobís *uel si non ex ingenio* uicinus se autem peperisse uobis *ediderit Aldus*, ait hic uicinus autem eas peperisse se Vobís *Grauertus Anal.* 111 *adnotans uicinum mulieres quasdam, quae eo usque aliorum filiae habitae essent, pro suis agnouisse dici.* *Possis etiam senarium efficere* sat híc uicinus asses peperisset bonos 20 numquidnam *Grauertus Anal.* 112 nam quidnam *libri* nam quid *Bothius*, *fortasse recte nec inprobatum Spengelio, qui tamen ipse* nam quid iam *uel* nam quid nunc *proposuit* fortes *W* facere *W Bamb.* 22 hac adductus *Rott.*

Aduénio, ne tibi me ésse ob eam rem obnóxium
Reáre: audibis mále, si male dicís mihi.

DARDANVS

Nil éi ego spei credo, ómnis res spissás facit.

DAVOS (?)

Ea túm conpressa párit huic puerum, síbi probrum.

DEMANDATI

Si úmquam quisquam uídit, quem catapúlta aut balista ícerit

EPHESIVS

Tum equidem ín senecta hoc députo misérrimum,
Sentíre ea aetate ípsum esse odiosum álteri.

EPICLEROS

I (1)

Itane 'Antipho inuenítur profluiá fide,

in Chrysio in his uersibus: quamquam' e. q. s. (Crysio Reg. Vat. csio Rott.)

Dardanus (Menandri?) Nonius 392, 15 'spissum significat tarde.'

Dauos (?) Festus p. 229 M. 'probrum, stuprum, flagitium — — Caecilius in Dauo: ea' e. q. s. Dardano suspicatur Spengelius p. 5, sed cf. Ritschelius Parerg. I 143

Demandati Nonius 124, 6 'icit significat percutit, ab ictu ...'

Ephesius (Menandri?) Nonius 1, 20 'senium est taedium et odium, dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint et taedio. Caecilius in Efesione tum' e. q. s. (Ephesio: nae tum Spengelius. De Ephesio cogitarat etiam Junius) Cicero Catonis mai. 8, 25 'melius Caecilius ... quam illud idem [Ploc. IX] ... illud uero idem Caecilius uitiosius: tum' e. q. s.

Epicleros (Antiphanis Alexidis Diodori Diphili) I Priscianus VI 9 p. 699 P. (I 250 K.) 'hic et haec et hoc memor ... uetustissimi tamen similem genetiuo protulerunt eius nominis nominatiuum.' Idem VII 16 p. 772 P. (I 345 K.) 'apud antiquos hic et haec memoris et hoc memore proferebatur. In quo testis est Caper antiquitatis doctissimus inquisitor. Ostendit enim Caecilium in Epiclero sic protulisse: itane' e. q. s.

---

23 obnoxium ob eam rem *Roll.* **24** maledicis *Val.* maledixis *ed. Gronouiana* **25** nihil ego spei credo *libri plerique* nihil rei ego credo *Basil. Gen.* nil ego spei credo *uulgo* spissa *Basil.* **28** equidem *om. Nonius* in senectute hoc *Nonius* hoc in senecta *Rhenaug. Ciceronis* **29** ipsum esse odiosum *Bothius* eum ipsum esse odiosum *Nonius* esse odiosum se *Rhenaug. Gud.* esse odiosum, *om.* se, *Basil. Paris. Salisb. Benedictob.* se esse odiosum *Giss.* odiosum se esse *Treuir.* esse se odiosum *Inderst. cum ceteris libris Ciceronis* **30** inuenitur *Spengelius ex duobus codd.* inuentus *ceteri libri* est inuentus *Bo-*

Itanést inmemoris, ítanest madida mémoria?

II (2)

An úbi uos sitis, íbi consilium claúdeat?

EPISTATHMOS

Si próperas, escende húc meam nauem: ita céleris est

EPISTVLA

I (1)

Iam me ádeo manta, iam hóc uide: caecus ánimum
. . . . . .
Aduéntus angit.

II (2)

. . . . nam nóbis quidém

II Priscianus X 4 p. 889 P. (I 489 K.) 'inuenitur tamen etiam claudeo ... Caecilius in Epiclero: an' e. q. s. (Celius Reg. Claudius Sang. in Epiclero om. Sang.) Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 107 'dicimus quoque claudeo, es pro claudicare, uerb. neut. unde Caecilius: an' e. q. s. Ibidem p. 142 'claudere, claudicare. Caecilius: uos' e. q. s.

Epistathmos De uehiculis etiam in Posidippi fragmento agitur: σκηνὰς ὄχους Ῥίσκους ἀορτὰς λάσανα λαμπήνας ὄνους. Priscianus VII 11 p. 760 P. (I 329 K.) 'celer uel celeris et hoc celere ... Caecilius in Epistathmo: si' e. q. s. (Epistathmo Spengelius episathomo Reg. Halb. Barb. cum Spengelii et Krehlii optimis. episathmo, sup. m. alt., Bong. episathomos Bamb. epirathomo Sang. Grut.)

Epistula (Alexidis?) I Festus p. 133 M. 'mantare saepe manere. Caecilius in Epistola: iam' e. q. s. II Priscianus VI 7 p. 695 P. (I 245 K.) 'Iouis nominatiuo quoque casu inuenitur. Caecilius in Epistula: nam' e. q. s.

---

thius proflutua *Grut.* profluuua *Sang.* proflu≡u≡a *Reg.* profluida *Vind. b p.* 699 perfluua *Reg.* perfluia *Reg. corr. p.* 772 31 itane est *bis libri plerique* itane . . itane est *Grut. p.* 699 32 an ubi uos sitis, ibi *Priscianus nisi quod* ibi *Par. m. alt.* ubi *Par. m pr. Bamb. Bern.* an ut sciatis ubi *Thes.* 107 uos nescitis ubi *idem* 142 33 pros$peras *Reg.* escende *uel* exscende *Gulielmius Veris. III* 16, *probatum Spengelio* extende *libri* hc̄ *Sang.* meam *Reg.* in meam *Reg. corr., ceteri, Spengelius* nauım *Sang. Grut.* nauem *uulgo* nauem meam *unus Monac.* *Versus tetr. troch. fuisse uidetur Spengelio* 34 me *Aldus, probauit Spengelius* ne *cod.* que *Bothius* *Lacunam indicauit Vrsinus, quam non cum Scaligero et Bothio neglegendam esse monuit Spengelius* 36 nobis *Amiens. Sang. Vind. Grut., Spengelii omnes* nob[uus] *Bong.* nouus *Barb. cum uulgo* equidem *F. Osannus in*

Deús repertús Iouis

EXHAVTVHESTOS

. haéc caterua pléna gladiatória
Cum suúm sibi alius sócius socium saúciat.

EXVL

I (1)

. . . . nam híc in tenebris íntus sese abscóndidit.

II (2)

. . non haec putás? non haec in córde uersantúr
tibi?

FALLACIA

I (6)

nam quam dúriter
Vos éducauit átque asperiter, nón negat.

II (4)

Nam si ílli, postquam rém paternam amíserant,

Exhautuhestos 'Ἐξ αὐτοῦ ἑστὼς qualis sit describit Cicero secundum Platonem Tusc. disp. V 12, 36 (cf. inc. inc. trag. 91). Donatus in Ter. Adelph. IV 5, 34 'praesens praesenti eripi] adiuuant significationem haec ex abundanti addita ... sic Caecilius in Exhautuhestoti: haec' e. q. s. (Caelius Dresd. Gand., edd. Vind. Med. Taru. Celius Lugd., ed. Rom. in Exhautuhestoti Spengelius in Exatostoti Gand., edd. Rom. Vind. Med. Taru. mexato scoti Dresd. in hesatoshetim Lugd. in Eratosthene uulgo)

Exul Fortasse secundum Philemonis 'Ἀπόλιδα, ad Alexidis Φυγάδα refert Spengelius p. 6 I Nonius 75, 25 'abscondidit pro abscondit' (ita Rothius. 'abscondit pro abscondidit' libri) 'Caecilius Exule: nam' e. q. s. 'Pomponius Maccis geminis [III]' II Nonius 369, 26 'putare, animo disputare ...'

Fallacia Καταψευδόμενον scripserunt Alexis Philemo Menander Sosipater I Nonius 512, 8 'duriter pro dure ...' II Nonius 511, 26 'ali-

---

Diurn. schol. 1832 *p.* 71 *ut senarium efficeret* 37 re[p]pertus *Grut.* reppertus *Sang.* repertus, *sup.* est, *Bamb. Halb.* repertus est *uulgo* *An* repertust? *Senarius uidetur Spengelio, nobis bacchei cum creticis* 38 hec *Lugd.* plane *Lindenbrogius, fort. recte* 39 socius socium sauciat *Bothius* socius socium. socius socium *Lugd.:* socius socium *edd. Rom. Vind. Med. Taru.* socius socium *Gand.* locus socium *Dresd.* sauciat socius socium *edd. recentiores* 40 his *Spengelius tacite* abscondit *W* *Placere integrum cum* abscondidit *senarium dicit Spengelius, sed maiorem Nonii auctoritatem, quo trochaicus dimidiatus existat* 41 tibi *uulgo* ti *libri* 42 *sq.* quin . . . educarit *Bothius, quo non opus est* 43 atque asperiter *Bothius, in quo recipien-*

Egéstate aliquantísper iactatí forent

III (1)

Núllus sum, nisi meám rem iam omnem própero incursim pérdere.

IV (3)

Fácile aerumnam férre possum, si índe abest iniúria:
'Etiam iniuriám, nisi contra cónstat contumélia.

V (7)

. . nisi quidem quí se malit púgnitus pessúm dari

VI (2)

'Ossiculatim Pármenonem dé uia liceát legant.

VII (5)

. . . . uelim paulísper te opperíri. —
Quantísper? — Non plus tríduum.

GAMOS

Vt hóminem [amoris] tóxico transégerit

HARPAZOMENE

I (3)

dí boni,

quantisper ...' III Nonius 127, 19 'incursim pro celeriter.' IV Nonius 430, 16 'iniuria a contumelia hoc distat: iniuria enim leuior res est ...' V Nonius 514, 8 'pugnitus pro pugnis.' VI Nonius 147, 30 'ossiculatim, utsi minutatim.' Idem 332, 9 'legere rursum colligere ...' VII Nonius 511, 29 'aliquantisper ... Caecilius Fallacia [II] Caecilius Fallacia: uelim' e. q. s. Vt dubitari possit

Gamos (Philemonis Diphili Antiphanis) Festus p. 355 M. 'toxicum dicitur cerua[rium uenenum, quo] quidam perungere sagit[tas soliti sunt. sed] Caecilius in Gamo: ut' e. q. s.

Harpazomene. Eandem titulorum 'Harpazomene' et 'Harpazomenos' (fr. III) uarietatem notauit Meinekius in cognomine Philemonis fabula. I Nonius 155, 17 'pulchritas pro pulchritudo. Caecilius arpaiomene: di' e. q. s.

---

do frustra tergiuersatur Spengelius atque aspere *libri* aspereque *Spengelius* nam quin dúriter Atque áspere uos educarit, non negat *Grauertus Anal.* 115 47 erumnam *libri* damnum *Bothius* 2 possunt *Leid.* 48 nisi *Palat.* misi *ceteri libri* contra constat *ed. pr.* eam circumstat *Palat.* contra constant *ceteri libri* contumelia *Palat.* contumeliam *ceteri libri* si citra constat contumeliam *C. Fr. Hermannus Philol. III* 106 49 sese *Bothius* 50 hossiculatim *libri p.* 332 legam *libri ibidem* 51 operiri *libri* *Numeros, quos non perspexerat Spengelius, agnouit Bothius* 2 53 hominem amoris

Quid íllud est pulchritátis!

II (4)

. . hunc collum lúdo praecidí iube!

III (5)

Vtinám te, sciole istóc schema, sine crúribus
Videám!

IV (1)

Quid nárras, barbare índomitis cum móribus,
Inlítterate inléx?

V (2)

. quí homo ineptitúdinis cumulátus, cultum oblí-
tu's —?

VI (6)

quíd tibi aucupátio est
'Argumentum aut dé meo amore uérbificatio ést patri?

II Nonius 200, 20 'collus masculino ... Caecilius Sarpazomane: hunc' e. q. s. (Harpazomene Junius Animadu. VI 10) III Charisius I p. 117 P. (83 L.) 'schema quasi monoptoton sit, proinde declinasse Caecilius in Ἀρπαζομένῳ denotatur. Vtinam, inquit, te ... uideam, pro schemate.' IV Nonius 10, 23 'inlex' (ita Bamb. et m. pr. Leid. ilex ceteri) 'et exlex est, qui sine lege uiuat ... Caecilius Sarpazomene: quid' e. q. s. 'Sisenna' e. q. s. (Harpazomene Aldina) V Nonius 128, 15 'ineptitudo pro ineptia. Caecilius Arpazone: qui' e. q. s. (Harpazomene ed. 1526) VI Donatus in Ter. Eun. IV 4, 4 'quid uestis mutatio?] sic ueteres ... Caecilius ἁρπαζομένῃ: quid' e. q. s. (Caelius ed. Med. Celius Par. Lugd. Dresd., edd. Rom. Vind. Taru. ἁρπαζομένῃ] in ... Par. Lugd. Dresd., item lacuna interposita, sed om. in edd. Rom. Vind. Taru. Med.)

Spengelius hom .... *cod.* hominem miserum *Scaliger* 56 praecipi *Leid.* 57 tescioli schematā *cod. teste H. Keilio* te sine schema *uulgo* 59 barbare cum indomitis moribus *libri* 60 inlitterate inlex hi sunt (hi sunt *in ras.*) *Bamb.* illitterate ilex es *celeri libri* quid narras, Barbare, cum indomitis moribus, illitterate? illex es *Spengelius, quos numeros paulo austeriores quidem, sed ferendos tamen in hoc poëta dicit* 61 quid *Mercerus* oblitus es *libri* 62 quid tibi *una cum fabulae nomine lacuna intercidit in ed. Med.* acceptio *Par. Lugd. Dresd.* est *om. edd. Rom. Vind. Taru.* 63 argumenti *Par. Lugd., ed. Taru.* aut] ut *ed. Med.* meo *om. Gand., edd. Rom. Vind. Taru.* uerificatio *ed. Med.* uerificato *edd. Rom. Vind. Taru.*

HYMNIS

I (7)

habes
Milétida, ego illam huic déspondebo, et gnáto saltum obsípiam.

II (1)

Desíne blanditiae, [frústra blateras,] níl agit
In amóre inermus.

III (2)

. . . . quaé narrare inépti est feruentí scutra. —
Quín machaera lícitari aduersum aéneum coepstí sciens?

IV

Míhi sex menses sátis sunt uitae, séptimum Orco spóndeo.

Hymnis (Menandri?) Meretricem Hymnida suo aere emptam senex pater alii desponsurus est, ut amanti filio spem intercludat, fr. I. Itaque deprecanti adulescenti leno fr. II respondet. De diuerbio inter adulescentem et seruum restat fr. III. Philosophantis enim in maximis rerum angustiis serui inscitiam inpatiens ille reprehendit, hic autem inridens quaerit, quid ni ipse, cum ita animatus sit, gladio potius in feruentem illam scutram inruat. Ni mirum uiolentia nihil hic profici. Porro asotum adulescentem audis fr. IV VI VII, patrem autem fr. VIII. I Diomedes p. 378 P. 'quod uulgo obsepio, ueteres obsipio dixerunt. Caecilius in Hymnide: habes' e. q. s. (im hymnida Par. et, nisi quod in, Monac.) II Nonius 79, 1 'blaterare, confingere per mendacia. Afranius ... blaterare ... idem ... blateres. Caecilius Hymni: desine' e. q. s. (imnis W. imni, sup. s, Leid. hymnide Bentinus) III Nonius 134, 15 'licitari congredi, pugnare ... Caecilius Hymnide: quae' e. q. s. IV Cicero de fin. II 7, 22 'atqui reperiemus asotos primum ita non religiosos ut edint' ('edient' Pal. a, om. Pal. b 'edant' uulgo) 'de patella, deinde ita mortem non timentis, ut illud in ore habeant ex Hymnide: mihi' e. q. s. (ex hũide — humnide? — Pal. b exonimide Monac. exenemide Leid.

---

Lemniae (Cf. *Λημνία* Alexidis, *Λημνίαι* Antiphanis Diphili Nicocharis) Ita pro uulgato 'Lemnii' titulo inscripsit fabulam Grautoffius. Quoniam de 'redimendo' exule filio agitur, fortasse lembi, quorum fr. V mentio fit, item ut in Plauti Bacchidibus 280 sqq., piratici intellegendi sunt, qui rapuerunt Phaedriam. Fr. VI uel meretricis uel parasiti fuisse uidetur. I Nonius 363, 14 'protelare etiam excludere. Turpilius Lemnis: propter' e. q. s. II Nonius 259, 28 'contendere iterum significat extorquere .... Turpilius Lemonis: habet' e. q. s. (Lenonibus ms. Fabri Lemniis edd.) III Nonius 14, 30 'extorris dicitur extra terram uel extra terminos ... Turpilius Lemniis: neque' e. q. s. IV Nonius 533, 5 'celox est nauigium breue, dictum a celeritudine ... Turpilius Lemnis: remulis' e. q. s. V Nonius 534, 7 'lembus, nauicula breuis piscatoria ... Turpilius Leucadia ... idem Lemnis: lembi'

---

90 paratum *Palat.* pauxillum *Munckerus ad Fulg. p.* 159 pauxilium *Palat.* pausillulum *ceteri libri* 91 seuitia *libri* 92 habet potestatem senis, *superscr.* ubi potestatem, *Harl.* habet potestatem. — ubi? — potestatem senis. — *Bothius* habet potestatem ille? — potestatem senis. — *Grautoffius* *An* habes? 93 Phaedriae *Grautoffius* Fedria *libri* 95 iurare *Harl.* durare hic *Grautoffius* possum *Mercerus* possunt *libri* 96 inscitia *Stephanus* ac *Bothius* atque *libri* 97 remulis Sensim *Bothius, septenarium dedit Grautoffius* celox *Bamb.* caelox *ceteri libri* *Elegantius sic inter duos uersus distribuas:* celox Ab o. p. 98 duae *libri, quod mutare non ausus sum* duo *Iunius* ad nostram *Grautoffius* ad nos certam *libri* certatim ad nostram *Bothius* *An:* domum || .... duae ad n. a. r.? *Cf. IV Philop. IX*

VI (2)

Numquam únius me cómparaui séruire eligántiam.

LEVCADIA

I (11)

Quem olim óderat, sectátur ultro ac détinet:
Ille ínsolens autem út fastidit cárnifex!

II (8)

Vidén tu, Frygis, incéssum? quam est confídens! di istunc pérduint.

III (16)

uíde, nunc fastidít mei.

e. q. s. VI Nonius 256, 21 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt .... Turpilius in Lemniis: numquam' e. q. s.

Leucadia Menandri. Hanc fabulam enarraui in Jahnii Annal. philol. LXIX 34 sqq. orsus a Seruii in Verg. Aen. III 279 loco hoc: 'Varro enim templum Veneri ab Aenea conditum, ubi nunc Leucatem, dicit: quamuis Menander et Turpilius comici a Faone Lesbio id templum conditum dicant. Qui cum esset nauicularius, solitus a Lesbo in continentem proximos quosque mercede transuehere, Venerem mutatam in anuis' (nauis Danielis anus Burmannus) 'formam gratis transuexit: quapropter ab ea donatus unguenti alabastro cum se inde totum' (se in dies inditum Dan. se in dies inde tum Burm.) 'ungueret, feminas in sui amorem trahebat, in quis fuit una quae de monte Leucate cum potiri eius nequiret abiecisse se dicitur.' Finxit autem Turpilius adulescentem ab amata, quae nauicularium deperit, desertum, Phaonem uero, quem olim omnes fugerant, iam ipsum fastidientem et puellae illius amores spernentem. Quae uel desperans uel iussa ab eo in mare se proicit, unde ab adulescente fortasse seruata ad antiquam consuetudinem redit. Iam restat ut personis suis distribuantur reliquiae: adulescentis I, cum ancilla sermocinantis II III IV V (cf. Enn. Thyest. VIII) VI VII, puellae (Dorcii puta coni. XVI) de Phaone VIII, confabulantis cum eodem IX X, deinde propter litus, priusquam undis se committeret, oberrantis XI, adulescentis et Phrygidis XII XIII, eius qui luctantem expiscatus erat XIV, puellae frigore laborantis XV, adulescentis in gratiam cum amica redeuntis XVI. Denique nuptiae parantur fr. XVII. I Nonius 322, 21 'insolens rursum non solens ... Turpilius Demetrio ... idem Leucadia: quem' e. q. s. II Nonius 262, 13 'confidentia rursum temeritas, audacia ....' III Nonius 496, 18 'genetiuus casus po-

---

99 numquam me unius *Bern.* eligantiam *Bern.* elegantiae *Harl.* eligantiae *ceteri* **101** fastidit *Bothius* fastidia *libri* **102** uiden tu, Frygis *Lipsius* uidentur frigus *libri* uiden tu, Frugia *Bothius* 2 **103** uiden ut fastidit mei? *Fr. Dousa*

IV (1)

Ei périi! uiden ut ósculatur cáriem? num illam illaéc pudent?

V (12)

. . . . sed quam lónge est cum 'ilico ísti' —?

VI (2)

'ne me áttigas, atque aúfer
Manum.' — 'Héia quam ferócula est!' . . . .

VII (7)

arrípuit colubram mórdicus.

VIII (4)

Intércapedine ínterficior, désiderio dífferor:
Tu míhi cupiditas, suáuitudo et méi animi expectátio!

IX (3)

• Iam égo istam tibi tristítiam exorbebo . . . .

X (13)

Vérita sum, ne amóris causa cum ílla limassís caput.

XI (5)

míseram terrent me ómnia
Maris scópuli, sonitus, sólitudo, sánctitudo Apóllinis.

XII (19. 20. 21)

sí quidem sit quisquám deus,

situs pro accusatiuo ....' IV Nonius 21, 25 'caries est uetustas uel putrilago ...' V Nonius 325, 3 'ilico, illo. Turpilius Leucadia: sed ... cum isti. Ilico, in eo loco.' VI Nonius 75, 30 'attigat, continget.' VII Nonius 201, 25 'colubra feminini ...' VIII Nonius 173, 5 'suauitudo pro suauitas ...' IX Nonius 102, 32 'exorbebo' ('exsorboero' Bamb.) 'pro exorbeam. Plautus ... exorbebo sanguinem. Turpilius Leucadia: iam' e. q. s. X Nonius 334, 11 'limare etiam dicitur coniungere .....' XI Nonius 174, 2 'sanctitudo pro sanctitas ....' XII Cicero Tusc. disp. IV 34, 72 'sin autem est aliquis amor, ut

---

104 hei perii *Gulielmius Veris. II* 21 ciperi *W Leid.* ei peri *ceteri libri* num] non, *superscr.* ũ, *Harl.* illum illa haec *W* illum illaec *ceteri libri* pudent *Grautoffius* pudet *libri* 105 ilico isti] isti *libri* istim ilico *Bothius* 2 isti ilico *Grautoffius* 106 ne me] non ne *W* attigas *Junius* attiga, *superscr.* t, *Leid.* attiga *ceteri libri* *Personas distinxit Bothius* 110 tua mihi *libri* tu mea *Grautoffius* 111 iam ego istanc exsugebo tristitiam tibi *Grautoffius*. *Vide Jahnii Ann. phil. LXIX* 35 112 ueritus *libri* limasset *Basil.* 113 me miseram terrent *Grautoffius*

Cuí ego sim curae

* * *

Heu me ínfelicem! — Sánusne es, qui témere lamentáre?

* * *

Te, Apóllo, sancte, fér opem, teque, omnípotens Neptune, ínuoco,
Vosque ádeo, uenti! . . . .
. . . . nam quíd ego te appellém, Venus?

XIII (15)

uecórdi
Vagás insania.

XIV (18)

hortari coépi nostros ílico,
Vt célerent lembum.

XV (17)

'O utinam nunc ápud ignem aliquem mágnum adsidam! . . .

XVI (6)

'Ante facta igneí committo trístitie an te, Dórcium?

est certe, qui nihil absit aut non multum ab insania, qualis in Leucadia est: s i q u i d e m ... c u r a e. At id erat deis omnibus curandum, quem admodum hic frueretur uoluptate amatoria. H e u m e i n f e l i c e m! Nihil uerius. Probe et ille: s a n u s n e ... l a m e n t a r e? Hic insanus uidetur etiam suis. At quas tragoedias effecit!' (sic Reg. Gud. 'efficit' ceteri libri 'effutit' Bentleius) 't e A p o l l o ... u e n t i! Mundum totum se ad amorem suum subleuandum conuersurum putat, Venerem unam excludit ut iniquam: n a m q u i d ... V e n u s? Eam p r a e l u b i d i n e negat c u r a r e q u i c q u a m. Quasi uero ipse non propter lubidinem tanta flagitia et faciat et dicat.' XIII Nonius 467, 27 'u a g a s pro uagaris ... Accius Bacchis ... percitatae tumultu. uecordi uagas insania. Turpilius Leucadia: uultu uecordi uagas insania.' Cf. Grautoffius p. 8 XIV Nonius 534, 4 'l e m b u s, nauicula breuis piscatoria ...' XV Nonius 522, 26 'cum a p u d iuxta significet ...' XVI Nonius 182, 1 't r i s t i t i e s' ('tristitias' libri) 'pro tristitia Pacuuius Atalanta [XI] Turpilius Leucadia: ante facta' e. q. s.

---

118 te] et *Reg. Gud.* appollo *Gud.* tequea *Reg. Gud.* 121 *sq.* uagás uecordi insania *Grautoffius* 123 ortari *libri* coepi nostros *Bothius* nostros coepi *libri* 124 cederent *Harl.* 125 o *om. libri* 126 igni committo *Bothius* igne committo *libri* ignosco, mitte *Grautoffius*, *fortasse recte* tristitia an te *libri* tristitiam hance *Grautoffius* dortium *Leid.*

XVII (9)

. étiam plus illam ápparare cóndecet,
Quandóquidem uoti cóndemnata est.

XVIII (14)

hoc quaero, ignóscere
Istíc solentne eás minoris nóxias,
Erúm si forte, quási alias, uiní tago?

XIX (10)

. ínuitauit plúsculum hic se in prándio.

LINDIA

I (7)

abhinc triénnium
Sacérrimum domicílium hoc quidam cóntulit
Lenó.

II (3)

Consílium hoc cepi: lítteras misi ád senem
Nostrúm, processe nóbis ex senténtia
Mercáturam.

III (10)

Nauta

Di aduénientem perdánt: hic quidem

XVII Nonius 277, 8 'damnare et condemnare pro liberare positum est ....' XVIII Nonius 408, 29 'tangere etiam circumuenire. Turpilius Demetrio ... idem Leucadia: hoc quaero' e. q. s. XIX Nonius 321, 22 'inuitare significat repleri ... Turpilius Epiclero ... idem Leucadia: inuitauit' e. q. s.

Lindia I Nonius 397, 30 'sacrum etiam scelestum et detestabile, ita et consecratum ... Turpilius Demetrio ... idem Ludia: abhinc' e. q. s. II Nonius 212, 35 'mercatura feminini ....' III Priscianus de metris

127 etiam plus illam apparare *Palat.* et amplius illam apparere *ceteri*

† istic

130 ista *Bamb.* eas] as *libri* 131 quasi alias res uini cauo *libri* quas galiolas uini tago *Cuiacius Obseru. XI* 21, tago *etiam Gulielmius in Cistell. c.* 4 hoc quaéro: ignoscere hic solentne eas m. n., Erúm si forte, cum agitat alias res, tago uini cado? *Grautoffius*

132 inuitauit uiri *Geneu. Basil.* inuitauit heri *Rothius*, *quae ut uersui accommodentur, transponenda sunt* sese *libri* hic inuitauit plusculum se *Bothius* 134 sacerrumus *Bothius* huc *Turnebus: conferri iubet Fleckeisenus Seru. in Aen. VIII* 423 136 cepi *edd.* coepi *libri* 137 nostram *Grautoffius* processe *Gifanius* prodesse *libri* nebis *Leid.* 139 diis *Regin.* hi *idem*

Nos pérdit. festum essé diem hic quartum
Hodie íterant: ita conuéntum.

IV (9)

Profécto ut quisque mínimo contentús fuit,
Ita fórtunatam uítam uixit máxime,
Vt phílosophi aiunt ísti, quibus quiduís sat est.

V (1)

Compérce uerbis uélitare: ad rém redi.

VI (8)

Me uís potiri? fác ego potiar, quód uolo.

VII (5)

Miseró mihi mitigábat sandalió caput.

VIII (2)

Quin móneam, quin clamem ét querar tua uítia, quae te uílitant.

IX (4)

Quíbus rem rebus díspoliasti, foéde dum in lustrís lates.

com. p. 1327 P. (418 G.) 'Terentius trochaico mixto uel confuso cum iambico utitur ... ut in Andria: adhúc, Archylis, quae adsolént quaeque opórtet' e. q. s. 'Similiter Plautus in Truculento eodem metro usus est in sermone ancillae Astaphii: ad fores auscultate atque asseruate aedes' e. q. s. Turpilius in Lindia nautae personam inducit hoc metro loquentem: di' e. q. s. IV Priscianus de metris com. p. 1326 P. (417 G.) 'Turpilius quoque in suis idem facit comoediis, ut in Lindia: profecto' e. q. s. V Nonius 3, 10 'uelitatio dicitur leuis contentio, dicta ex congressione uelitum ....' VI Nonius 482, 5 'sic potior illam rem pro illa re potior ..... sic et opus est illam rem pro illa re. Plautus ... bonum mihi opus est. et in Captiuis ... milites opus sunt tibi. Lucretius ... opus esse colores. Turpilius Lindia: me' e. q. s. (Lyndia Leid.) VII Nonius 343, 15 'mitis est maturus ... Turpilius India: misero' e. q. s. (Lindia Nic. Loënsis 1 9) VIII Nonius 185, 30 'uilitant, uilem faciunt.' IX Nonius 333, 14 'lustra etiam lupanaria dicuntur ...

---

140 perdidit *libri* 141 ita *om. Regin.* di áduenientem pérdant: hic quidem Pérdidit nos. Féstum esse hic diem quártum hodie iterant: 'Ita conuentumst *Grautoffius, cui ipsi olim probabiliores anapaesti* di aduénientem p. h. q. Nos pérdidit. hic festum esse diem Quartum hódie iterant: ita cónuentumst *placuerant. Aliter alii in numeris elaborarunt* 145 conperce *Bamb.* dedi *Bamb.* 146 portiri *Bamb.* potiar *edd.* potior *libri* 147 mitigauit *Palat.* 148 clamen *W* 149 rem *om. Palat.* senem *Aldina* em *Mercerus* dispoliasti *Harl.* dispoliare *Palat.* despoliasti *celeri. An* dispolasti?

X (6)

ego ínterim in turbá foras
Subdúxi cum hac me, néque sat numero míhi uidebar cúrrere.

PAEDIVM

I (2)

Cuius áduentu insula hódie . clarét Cypros.

II (6)

Ego praéstolabo illi óscitans ante óstium?

III (7)

. . . progrediór foras uisére quid hic tumúlti

IV (9)

iam désine
Meminísse illius fórmam.

Turpilius Lyndia: quibus' e. q. s. X Nonius 352, 21 'numero significat cito ... Turpilius Demetrio ... idem Lyndia: ego' e. q. s. Idem 399, 19 'subducere est surripere. Turpilius Lyndia: ego ... cum hac me.'

Paedium (Cf. Παιδίον Menandri Apollodori Posidippi) Inducuntur adulescentes duo, quorum alter longo itinere (aduenientem parasitus salutat fr. I) reuersus puellam optimam (IV. V) olim a se amatam (VI. VII), quacum iam nuptiae ei constitutae fuerant, fastidit (IX. X), alter meretrici cuidam mancipatus est (VIII. IX). Crudelitas illius fr. XI, puellae autem mansuetudo et sibi diffidens modestia fr. V tangitur. Fr. IX consilium memoratur rei ita componendae, ut meretricis amicus alterius uice puellam repudiatam ducat in matrimonium. I Nonius 85, 21 'claret, clara est uel clareat. Turpilius Pedio: cuius' e. q. s. II Nonius 475, 30 'prestolat pro prestolatur. Turpilius Pedio: ego' e. q. s. III Nonius 489, 30 'tumulti ...' IV Nonius 500, 6 'accusatiuus pro genetiuo

---

conl. Afran. Crim. I foede dum *Mercerus* dum *Palat.* fedum *Harl.* foedum *ceteri libri* lates *Gebhardus Antiq. lect. p.* 52 latet *libri*

151 neque sat *Junius* neque sat [d] *Harl.* neques ad *ceteri libri* uidebat *Harl.* 152 hodie insula claret *Vatic.* 2916 insula hodie claret haec *Grautoffius, quod non probandum. Fortasse* conclaret *licebit fingere* 153 illi oscitans ante ostium *Bothius* 1 ili eo cicante optitu *Bamb.* illi ut citanti opi sim *ms. Fabri* illi eo citante opitium *ceteri libri* illico hic ante hospitium *Gulielmius Veris. II* 23 illoc citante ut opitulem *Bothius* 2 ilico hic ante ostium *Grautoffius* *Interrogandi signum uulgo deest* 154 hic *Bothius* in *Bamb.* hinc *ceteri libri* tumulti ante fores *libri, nisi quod* an *pro* ante *W* 155 *sq. Trochaeos statuit Grautoffius*

V (10)

Neque mírum: educta, ut pár est, expers málitiis, metuéns sui

VI (12)

Quando équidem amorem intércapedine ípse leniuít dies.

VII (5)

Tamen óculi longa intércapedine ádpetunt cupide íntui.

VIII (4)

quaéso omitte ac désere hanc
Meretrícem, quae te sémel ut nacta est, sémper studuit pérdere
Detégere despoliáre opplereque ádeo fama ac flágitis.

IX (1)

Vt ille hác sese abstinéret, ego supérsederem núptiis,

.... Turpilius Paedio: iam' e. q. s. (Pedio libri praeter Bamb.) V Nonius 500, 22 'ablatiuus pro genetiuo ... Turpilius Paedio: neque' e. q. s. (Poedio Bamb.) Idem 501, 5 'genetiuus pro datiuo ... Turpilius Paedio: neque' e. q. s. (Poedio Bamb.) VI Nonius 522, 4 'diem uolunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare, masculino diem ipsum: nos contra inuenimus. Turpilius Pedio: quando ... dies; id est, ipsum tempus.' (Poedio Bamb.) VII Nonius 470, 29 'intui et contui pro intueri. Turpilius Pedio: tamen' e. q. s. VIII Nonius 305, 33 'fama est rursus infamia .... Turpilius Pedio: quaeso' e. q. s. IX Nonius 40, 7 'supersedere, manere, perseuerare, quasi in uoluntate et consilio sidere. Turpilius Pedio: ut' e. q. s. 'Plautus Epidico: supersede istis rebus iam ... Sisenna .. proloqui supersederunt.' Vana

---

157 uirum *libri p.* 500 expars *Leid. Bamb. p.* 501 expartem *Bamb. p.* 500 exparte *Leid. m. pr. W p.* 500 experte *ceteri libri p.* 500 militiis *Bamb. p.* 501 alicuius *idem p.* 500 malicuius *ceteri libri p.* 500 metuens sui *om. libri p.* 500 158 equidem *libri plerique, quod cum Gulielmio Veris. II* 23 *in* quidem *mutare non ausus sum* et quidem *Leid. Bamb.* lenibit *Gebhardus* 159 oculi *Gulielmius Veris. II* 23 oculis *libri: cf. Ritschelius de epigr. Sor.* 18 *sqq.*

160 ac desere *Acidalius in Truc. c.* 9 *apud Grut. VI* 562 hac deserite *libri* 161 te semel ut nacta est *Bothius* te (et *Basil.*) semel inacta (nacta *Harl.*) est *libri* semel te nacta *Acidalius* 162 deterere *Bothius* oplereque *libri* flagitis *Bothius*, *Lachmannus in Lucr.* 279 flagitiis *libri*

X (8)

Núptias abiéci, amicos útor primorís uiros.

XI (11)

Quare ésse dicat quísquam illum hominem aut quícquam facere humánitus.

XII (3)

. . . . age tu hýmenaeum íncrepa!

PARATERVSA

I (5)

Cum antehác uidebam stáre tristis, túrbido
Vultú, subductis cúm superciliís senes

II (2)

Meritíssimo te mágni facio.

III (3)

. égo nondum etiam hic uílicabar, Faédria.

IV (1)

O díc mihi, an oblita, óbsecro, es eius crébras mansiónes
Ad amícam, sumpti lárgitatem?

V (6)

Dum égo conixi sómno, hic sibi prospéxit uigilans uírginem.

docere Nonium monuit Grautoffius p. 17   X Nonius 497, 15 'accusatiuus positus pro ablatiuo ... Turpilius Epiclero ... idem Pedio: nuptias' e. q. s.   XI Nonius 514, 15 'humaniter.' (immo humanitus, ut cum edd. ante Mercerum Grautoffius) 'Turpilius Pedio: quare' e. q. s. 'Cassius Hemina ... humanitus' (humanit' Bamb.) 'aguntur. Afranius ... ferre humana humanitus.' (Poedio Bamb.)   XII Nonius 255, 23 'crepare iterum incantare. Turpilius Pedio: age' e. q. s.

Paraterusa Speculatricem audire uidemur fr. IV et V   I Nonius 399, 28 'subducere etiam susum ducere, leuare.'   II Nonius 139, 17 'meritissimo.'   III Nonius 186, 4 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse ....' (Paterusa W)   IV Nonius 132, 15 'largitas pro largitione. Turpilius Parateruse: o dic' e. q. s.   V Priscianus IX 8 p. 866 P. (I 459 K.) 'conineo, quod etiam conino secundum tertiam protulerunt

---

164 primoris] *cf. Lachmannus in Lucr.* 57   165 quidquam *libri* humanitus *Bamb., edd. ante Mercerum* humaniter *ceteri libri*   169 magni ficio *Leid.*   *Fortasse erat:* meritíssimo Te mágni facio   170 ego étiam nondum *Grautoffius* ego nondum hic etiam *Bothius* 2   171 eho dic *Junius*   mi *Grautoffius*   173 conixi *Reg. Sang. Bamb. Bong. Halb.*

VI (4)

Cáput offendi ad límen: edepol . . . .

PHILOPATER

I (1)

miserúm puto,
Si etiam ístuc ad malam aétatem accessít mali.

II (5)

. . . . gemo meás fortunas, máter. — Hem!
Qua caúsa huc opere máxumo conténditur?

III (4)

Dispérii misera: ut úterum cruciatúr mihi!

IV (7)

Certum ác deliberátum est, me illis óbsequi.

V (8)

Locus ípse inuitat hércle hic Veneris . . .

ueteres, praeteritum tam in ui quam in xi habuit ... Turpilius uero in Paraterusa: dum' e. q. s. (Turpullius Sang. Grut. Turpillius Barb. turpillius (l pr. in ras.) Bamb. paterusa Sang. paraturusa (e supra u) Reg.) VI Nonius 358, 23 'offendere est percutere.'

Philopater (Cf. Φιλοπάτωρ Antiphanis et Posidippi) Obsequentem parentum imperiis audis fr. IV. Praeterea puellae grauidae (III), quae fortunas suas cum matre lamentatur (II), et meretricis procacis (VI) et adulescentis luxuriosi (VII) personae internoscuntur. Epistula amissa et ab alio clam sublata (XII. XIII) facile fieri potuit ut magni in res uel intricandas uel expediendas momenti esset. I Nonius 1, 29 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... Turpilius Filopatro: miserum' e. q. s. (Filopatro libri ubique, unde apparet auctoritate carere uulgatam Philopator inscriptionem) II Nonius 260, 8 'contendit proripuit uel direxit significat ...' III Nonius 229, 32 'uterus ... neutro ...' IV Nonius 282, 10 'deliberatum, complacitum uel definitum.' Idem 429, 21 'cogitare est dubitare, deliberare confirmare. Turpilius Boëthuntibus: quaeso cogita ac delibera. idem Filopatro: certum ac' e. q. s. ('delibera ... certum ac' om. Bamb.) V Nonius 321, 14 'inuitari est delectari . . . Turpilius Thrasyleone ... idem Filopatro: locus' e. q. s.

Grut. Barb. connixi *uulgo* 174 offendi *Grautoffius* ut offendi *libri* offendit *edd.* adimere pol *libri* ad limen pol *edd.* ad imbricem pol *Bothius* 176 istuc *om. Leid.* 177 gemo meas] gemmeas *libri* geme meas *uel* hem meas *Mercerus* geminas *Bothius* 2 *Personas uulgo non distinguunt* 179 disperii *edd.* diisperi *libri* ut *Grautoffius, om. libri* 181 locus *Bas. Leid.* lucus *celeri*

VI (12)

Ecce aútem, mihi uidére tuo more út soles
Aegre íd pati, quia hós dies conplúsculos
Intércapedo súmpti faciundí fuit.

VII (6)

forte eó die
Meretrícis ad me délenificae ut 'Atticae conuénerant
Condíxerantque cénam apud me, Tháis atque Erótium,
Antífila . . Pýthias: ego éxtra cubui dóminia.

VIII (3)

míra lenitúdine
Ac suáuitate abúndat.

IX (2)

. . cum te sáluom uideo, ut uólui, gliscor gaúdio.

X (11)

'Vtinam possim tíbi referre grátiam, ut de mé meres!

VI Nonius 484, 27 'sumpti pro sumptus ...' Idem 525, 31 'quotiens per accusatiuum casum annos uel dies loquimur, iuges annos uel dies significamus: quotiens per datiuum, per interuallum interiectis aliquibus annis uel diebus. Itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos melius dixerint ...' VII Nonius 281, 26 'dominus rursum appellatur conuiuii exhibitor, unde et dominia conuiuia ...' VIII Nonius 132, 1 'lenitudine pro lenitate.' IX Nonius 22, 13 'gliscit est congelascit et colligitur uel crescit uel ignescit.' X Nonius 468, 17 'meret pro me-

---

182 mihi uidere tuo more ut soles *Bothius* tuo more ut soles uidere mihi *libri p.* 525 tuu more uti soles uidere mihi *libri p.* 484 183 aegere *W p.* 484 egre *libri p.* 525 id *om. libri p.* 525 hoc *libri p.* 484 cũplusculos *Bamb. p.* 484 184 intercapedos *Bamb. p.* 525 faciendi *Bamb. p.* 484 186 delenificae *Junius in mg.*, *Lipsius Ep. qu.* V 12 delenitate *libri*, *nisi quod* delinitate *Harl.* delicatae *Bothius* 2 ut Atticae *Grautoffius* Atticae ut *libri* 186 *sq.* conuenerant condixerantque *Junius in mg.*, *Lipsius* conuenerat ($\overset{\text{u}}{\text{o}}$ *Harl.*) quo dixerant quae *libri* 187 caenam *Harl.* Tais *libri plerique* ais *Harl.* 188 Pythis *Grautoffius* domina *libri* *Versum, quem addito* Lais *nomine supplere possis, continuando Grautoffius pessum dedit ceterum octonarios primus dimensus* 191 solum *Harl.* saluum *celeri libri* gliscor *libri, quod tuetur Grautoffius* glisco *uulgo* 192 possim *edd.* possint *libri* gratiam *Bothius* gratias *libri*

XI (9)

Deínde cum ad te rédierit res ólim post mortém patris

XII (10)

Simul círcumspectat: úbi praeter se néminem
Videt ésse, tollit aúfert: ego clam cónsequor.

XIII (13)

Me míseram! quid agam? intér uias epístula excidit mihi:
Infélix inter túniculam ac strófium conlocáueram.

THRASYLEON

I (1)

di me díuitant.

II (11)

Nemo úmquam uidit ébrium ire intérdiu,
Neque túrbam facere, néque fores exúrere.

III (6)

Corónam mensam tálos uinum, haec huíus modi,
Quibus rébus uita amántum inuitarí solet.

IV (8)

Dat últro ac munerátur, quod ab illo ábstulit.

retur ...' XI Nonius 358, 4 'olim temporis futuri ...' XII Nonius 422, 19 'inter tollere et auferre est diuersitas: tollere est leuare et erigere, auferre legatum transferre ...' XIII Nonius 538, 8 'strofium est fascia breuis, quae uirginalem horrorem cohibet papillarum.'

Thrasyleon (Menandri?) I Nonius 95, 10 'diuitant pro diuites faciunt ... Turpilius Transilione: di m. d.' II Nonius 524, 27 'turbam et turbas diuersam nolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. Nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam ... Turpilius Trasyleone: nemo' e. q. s. Appuleius de orthogr. 10 p. 5 Osann. conl. Maduico Opusc. I 14 III Nonius 321, 11 'inuitari est delectari Virg. Georg. lib. I: inuitat genialis hiems ... Turpilius Trasyleonem: horonam' e. q. s. 'idem Filopatro [V]' IV Nonius 477, 18 'muneratur pro munerat' (sic Bamb. 'munerat

---

193 *An:* rédierit || .... res olim p. m. m. *Cf. Lemn. IV. V* 195 tulit *Leid.* 197 tuniculam illam *Grautoffius* ac] a *Bamb.* conlocaram *Leid. Bamb. Harl., fortasse recte* quam collocaueram *Junius* 200 exurare *W* 201 coronam *Mercerus* horonam *libri* uinum *Lipsius Ep. qu. V* 12 uinus in *libri* 202 uita amantum inuitari solet *Lipsius* uitam amattum inuitari solem *libri* 203 muneratur *Bothius* munerat *libri* al *W*

V (3)

Vidére cupio uóstrum mercimónium.

VI (10)

Non ést mediocris rés neque est uulgária
Fallácia haec.

VII (9)

. age age egredere, átque utinam istuc pérpetuum itiner sít tibi!

VIII (5)

Nóbilitate, fáctione frétus interdícere

IX (4)

Cum intérea nil quicquam á me est praemi néque erat tuae benígnitatis
Atque óbsequellae

X (2)

Hoc te óro, ut illius míserae conmiseréscas orbitúdinis.

XI (7)

Cesso óccupare et me ín colloquium iám conferre horum? . . .

pro muneratur' ceteri) 'Turpilius Trasyleone: dat' e. q. s. V Nonius 213, 9 'mercimonium neutri ... Turpilius Thrasyleone: uidere' e. q. s. VI Nonius 488. 26 'uulgariam pro uulgarem ... Turpilius Trasyleone: non' e. q. s. (transyleonẽ Bamb.) VII Nonius 482, 29 'itiner dictum pro iter.... Turpilius Trasyleone: age' e. q. s. (transeleoonea Bamb.) VIII Nonius 304, 26 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem ..... Turpilius Trasyleone: nobilitate' e. q. s. IX Nonius 215, 30 'obsequelam feminino ... Turpilius Epiclero ... idem Thrasileone: cum' e. q. s. X Nonius 146, 18 'orbitudinis pro orbitate ... Turpilius Thraseleone: hoc' e. q. s. XI Nonius 355, 13 'occupare est proprie praeuenire .... Turpilius Trasyleone: cesso' e. q. s.

---

204 nostrum *Leid.* uestrum *ceteri* 205 neque uulgaria *libri* 206 fallatia haec *Bamb.* haec fallacia *Bothius, qui trochaeos numerat* 207 istuc utinam *Bothius, ut uersum compleret* 208 nobilitate *Junius in mg.* nouilitate *libri* 209 nihil *libri* praemii *libri* 210 obsequelae *libri* *Numeros non perspexerunt* 211 illius miserae commiserescas *Grautoffius* illius conmiserescas miserae *libri, quod seruare possis* miserulae *scribendo* miserae illius commiserescas *Bothius* 212 iam ferre *Basil. Geneu. Leid.* conferre *ceteri libri*

EX INCERTIS FABVLIS

I

Sóla res est quaé praesentes hómines absentés facit.

II (2)

quasi cum uéntus fert nauim ín mare
Secúndus, si quis própedem misít . .

III

glabrum tapete

INCERTI POETAE ADELPH . . .

Festus p. 317 M. '[Sep]lasia aut Se[plasium, ubi unguentum] memoraba[tur pretiosum] . . . . in Adelph . . . . feri, Anti . . . . tum sit q . . . . unde ung . . . . est.' (is: di te perdant, in[f]eri, Antipho, quod unde hoc unguentum sit quaeris; dic mihi, lepidum unde unguentum, nisi quod ex Seplasia est? secundum Vrsini supplementa O. Muellerus. Pomponio uulgo ascribitur hic locus)

Ex incertis fabulis I Hieronymus epist. XLII (I p. 94a ed. Amst.) 'Turpilius comicus tractans de uicissitudine literarum sola, inquit, res est quae homines absentes praesentes facit. Nec falsam dedit quamquam in re non uera sententiam. Quid enim est, ut ita dicam, tam praesens inter absentes quam per epistolas et alloqui et audire quos diligas?' Cf. Philemonis ex Apolide uersus: *οὐχὶ μόνον οὗτος εὗρε πῶς λαλήσομεν Αὐτοῖς, ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον, Οὐδ' ὃν τρόπον μηδέποτε μηδὲ εἷς πάλιν Ἐπιλήσεθ' ἡμῶν μηδέν, ἐμβλέψας δέ που Τὰκ τοῦ χρόνου τοῦ παντὸς εἴσετ', ἀλλὰ καὶ Ψυχῆς ἰατρὸν κατέλιπεν τὰ γράμματα.* Nam de epistula apud utrumque sermo est II Isidorus Orig. XIX, 4 'propes funis, quo pes ueli alligatur, quasi prope pedes. De quo Turpilius: quasi ... misit si ueli sinistra.' In quibus ultimis si om. Gu. a, ueli ministrum Zitt. Quae mihi nihil aliud uidentur quam e margine intrusum glossema: si uelis ministrat III Nonius 229, 5 'tapete generis neutri. Turpilius et Caecilius: g. t.' Idem 542, 18 'tapete, tegmen unite pictum de coloribus uariis ... Turpilius: g. t.' Cf. Festus p. 351 M. (Demetr. XVII)

---

213 *Versum ex Hieronymi oratione constituit Grautoffius* 214 uentis *Zitt.* fert] est *ed. pr. altera* nauem *Gu. a* mari *Zitt.* 215 secundis *Gu. a* sedens *Zitt.* *Audacius in haec consuluit Grautoffius, qui hos senarios temptauit:* quasi cúm secundus uentus fert nauim in mare Si quís sinistrum misit ueli propedem. *Ineptit Otto*

INCERTI POETAE HYDRIA. GEORGOS

Quintilianus XI 3, 91 'cum mihi comoedi quoque pessime facere uideantur, qui etiam si iuuenem agant, cum tamen in expositione aut senis sermo, ut in Hydriae prologo, aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula uel effeminata uoce pronuntiant.' Menandri fabulas in Latinam fortasse scenam translatas intellegi monuit Gesnerus

INCERTI POETAE NVRVS

. . inter se dégularunt ómnia.

FABVLAE CVIVSDAM ARGVMENTVM

Quintilianus IV 2, 95 'ut ille parasitus, qui ter abdicatum a diuite iuuenem et absolutum tamquam suum filium asserit, habebit quidem colorem, quo dicat, et paupertatem sibi causam exponendi fuisse, et ideo a se parasiti personam esse susceptam, quia in illa domo filium haberet, et ideo illum innocentem ter abdicatum, quia filius abdicantis non esset. Nisi tamen omnibus uerbis et amorem patrium atque hunc quidem ardentissimum ostenderit, et odium diuitis et metum pro iuuene, quem periculose mansurum in illa domo, in qua tam inuisus sit, sciat: suspitione subiecti petitoris non carebit.'

EX INCERTIS INCERTORVM FABVLIS

I

. . . . 'tibi ego, 'Antipho, has sero' ínquit.

II

Athénis Megaram uésperi aduenít Simo,

Incerti Nurus Charisius I p. 80 P. (58 L.) 'gulam, ut Iulius Modestus ait, per u scribemus, non per y, quae Graecis uocabulis necessaria est, et saepe in u transit, ut in sue mure ... ait in nuru: inter s. d. o.' (Ita M. Hertzius Mus. phil. VII 480 in suemur ait in nuro cod. Titinius usurpat in Varo Ritschelius Parerg. I 27 Iuuentius in Anagnorizomene olim conieci)

Ex inc. inc. fab. I Cicero de orat. II 59, 242 'in re est item ridiculum, quod ex quadam deprauata imitatione sumi solet ... ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis: tibi ... inquit. Senium est, cum audio.' (inquit poëtae reddidit Bergkius Ind. lect. Marburg. aest. 1844 p. VII

---

1 has *om. Erlang. b* 2 mecarum *Bamb. m. pr., Frising., libri*

Vbi uénit Megaram, insídias fecit uírgini,
Insídias postquam fécit, uim in loco áttulit.

III

In Vénere sapere dídicit ni mirúm Solon,
Qui lége cauit, uítia uti transcénderent
Auctóris poenae: núlla poena acérbior
Excógitari póterat uxorís malis.

IV

Nam quíd modi factúrust risu dénique?
Nisi píctor fieri uúlt, qui risu mórtuust.

V

Quin Thásii uini déna promam, bína Falerni [dólia.]

coniunxitque hunc locum cum Caecil. Syneph. II) II Rhet. ad Herenn. I 9, 14 'ne bis aut saepius idem dicamus cauendum est; etiam ne id quod semel diximus, deinceps dicamus, hoc modo: Athenis' e. q. s. III Charisius IV p. 246 P. (164 L.) 'aliis ita placuit definire per hyperbolen: in ... malis. Quod etiam in schemate dianoeas inuenies de hyperbole.' Idem V p. 253 P. (169 L.) 'per hyperbolen, hoc est: in ... malis.'
IV Festus p. 209 'pictor Zeuxis risu mortuus, dum ridet effuse pictam a se anum γραῦν. cur hoc loco relatum sit a Verrio, cum de significatu uerborum scribere propositum habuerit, equidem non uideo, cum uersiculos quoque ea de re rettulerit et ineptos satis et nullius auctoris' ('praetoris' cod., corr. Augustinus) 'praetexto nomine, qui tamen sunt hi: nam' e. q. s. Fortasse de anu in matrimonium ducenda agitur V Plinius N. H. XIV 14, 16 'sic quoque postea diu transmarina in auctoritate fuerunt et ad nos usque nostros, quin et Falerno iam reperto, sicut adparet ex illo comico uersu: quinque' e. q. s. (comici Par. a uersu Anaxipolis uetus Dalecampi Lucilium comicum dici potuisse eiusque uel XIV uel XV libro haec inserenda esse

---

primae familiae Kayseriani, nisi quod mecenarum *Wuerzeb.* mechatum — mecharum *Emmer. b* megara *Ratisb. Opiz. m. alt.* megaram *Opiz. m. pr.* megarim *Voss. a* si modo *Wuerzeb.* 3 ubi *om. Tross.* uenit *Oxon. m. pr.* aduenit *ceteri* (megaram aduenit *Turic.*) fecit insidias *Opiz. Bamb.* uirginis *Wuerzeb. Bamb. m. alt.* 4 postquam insidias *Opiz.* intulit *Opiz. Tross. m. alt. Lugdun. c Rhedig. c* 5 Venere] uentre *cod. p.* 253 uentrem *cod. p.* 246 didicit sapere *cod. p.* 246 6 cauit ut uitia *cod. p.* 246 cauit . . . . . *cod. p.* 253 *teste H. K.* 7 auctores *cod. p.* 246 a . . . . . *p.* 253 poena nulla *edd.* aceruior *cod. utroque loco* 8 potuit *cod. p.* 246 9 facturus *cod.* 10 mortuus est *cod.* 11 quin *Lachmannus in Lucr.* 327 quinque *libri* Thasii *codd. Gelenii* Thasi *Tolet. Chifflet. Par. a c d* Thassi *Man. Dalecampii* dena promam *Lach-*

VI

. . qualem démens iste chlámydem disperdít? . .

VII

hui uictríx Venus,
Vidésne haec?

VIII

Spondén tuam gnatam fílio uxorém meo?

IX

Ammianus Marcellinus XXVIII 4 'cumque mutuum illi quid petunt, soccos et Miconas' (ita Valesius micaunas cod. Reg. Colbert. Tolos. miciones ceteri) 'uidebis et Lachetas: cum adiguntur ut reddant, ita cothurnatos et turgidos ut Heraclidas illos Cresphontem et Temenum putes.'

X

Lachétem audiui pércussisse Démeam.

XI

Si quís per omnes míhi deos iurét patrem Lachétem

operose, ut solet, sed infeliciter demonstratum iuit I. Beckerus Philol. IV 86 sqq., ad Sullana tempora a Plinio referri monuit Lachmannus in Lucr. 327) VI Tertullianus de pallio 4 'prorsus si quis Maeandrico fluxu delicatam uestem humi protrahat, audiat pone se quod et comicus: qualem' e. q. s. VII Varro de L. L. V 62 'et horum uinctionis uis Venus; hinc comicus: hui' e. q. s. 'non quod uincere uelit Venus, sed uincire.' (comicus uulgo comicos libri plerique comites Vindob. Basil.) VIII Varro de L. L. VI 70 'spondebatur pecunia aut filia nuptiarum causa ... nam ut in comoediis uides dici: sponden' e. q. s. Cf. Lachmannus Mus. Rhen. VI 119 X Quintilianus VII 9, 10 'accusatiui geminatione facta amphibolia soluitur ablatiuo, ut illud: Lachetem' e. q. s. 'fiat: a Lachete percussum Demeam.' Ibidem VIII 2, 16 'uitanda in primis ambiguitas, non haec solum, de cuius genere supra dictum est, quae incertum intellectum facit, ut Chremetem audiui' e. q. s. XI Marius Victorinus p. 2574 P. (171 G.) 'comicus apposito sesquipede in ultima sede uersus adaeque trimetrus

---

mannus depromam *libri* bina Falerni *Hard.* uini Falerni *Tolet. Par. a c d* Falerni bina *ed. Dalecampiana* dolia *addidit Lachmannus* 13 huic *libri* hui uíctrix Venu', uidésne haec? *Lachmannus in Lucr.* 311 15 sponden *uulgo* spondeo *Goth.* sponde *ceteri libri* gnatam *Par. b* agnatam *ceteri libri* 16 Lachetem *loco priore* Chremetem *altero Quintilianus* Demean *Ambr. loco utroque*

XII

Quid aís, Epidice? tíbi facilior érit amor

XIII

Amáre nolo néc dolere, Clínia.

XIV

Donatus in Ter. Andr. I 3, 21 'semper . . . nomina comicorum seruorum aut a nationibus sunt indita, ut Mysis Syrus, aut ex accidentibus, ut Lesbia, uelut ebriosa, a Lesbo insula, quae est ferax suauissimi candidissimique uini, aut a moribus et uernilitate ut Pseudolus, aut ex negotio ut Chrysalus, aut ex qualitate corporis ut Thylacus, aut ex specie formae ut Pinacium.'

XV

Horatius Serm. I 4, 48 'at pater ardens' (in comoedia) 'Saeuit, quod meretrice, nefas! insanus amica Filius uxorem grandi cum dote recuset, Ebrius et, magnum quod dedecus, ambulet ante Noctem cum facibus.'

XVI

uix pedém
Pedí praestruít, otióse it, remorátur.

XVII

Conténdit oculos, dérepente abít celox.

reddetur tetrametrus, ut: si quis' e. q. s. XII Marius Victorinus p. 2524 P. (106 G.) 'huius' (trimetri) 'mensura ... incipit a duodecim syllabis et crescit ad septemdecim ... item septemdecim syllabarum: quid ais' e. q. s. Fortasse confictus est uersus XIII Marius Victorinus p. 2504 P. (81 G.) 'acatalectum autem, cui, ut supra diximus, neque deest ad integram coniugationem neque abundat quicquam, ut est hoc trimetrum: amare' e. q. s. Atilius Fortunatianus p. 2693 P. (243 G.) 'trimetron acatalectum: amare' e. q. s. Subiungimus statim relicuos comici coloris uersiculos, de quibus tamen decernere non uoluimus, cui potissimum fabularum generi sint ascribendi XVI Festus p. 313 M. 'struere antiqui dicebant pro adicere, augere — M. Cato — aut in XII — alii putant significare retrorsus ire, alii in aliam partem, alii fugere, alii gradum augere, alii minuere, ac uix pedem' e. q. s. (ac literae fortasse ad Attam pertinent, nisi forte Accius praeplacet. struit ac. quasi scriptoris uerba posuit Lindemannus, itemque cum uel cum quis O. Muellerus) XVII Nonius 518, 8 'dere-

18 Epidice *Gaisfordius* Epidia *libri* 21 pedi praefert *cod.* 22 habit *Leid.* celox *Lipsius* colo *libri* colos *Rothius*

XVIII

Frende ét fritinni suáuiter.

XIX

sus auoláuerat:
Ita trádidi † q. in re neq. in
ludícium Aesopi néc theatri tríttiles

XX

. ómnimode ames quá ioco qua sério.

XXI

. . fortunae súnt committenda ómnia.
Sine spé conamur úlla.

XXII

Omnia mehercle cúpio, quae tu mi ímperas.

pente ... Afranius Incendio [VI] idem in Omine [III] Contendit' e. q. s. (Idem: contendit Lipsius Epist. quaest. V 25: 'poetam ueterem' dicit Bentleius ad Hor. Epist. I 1, 28) XVIII sq. Varro de L. L. VII 104 M. 'multa ab animalium uocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta partim obscura. Perspicua ut Ennii ... Plauti ... Caecilii ... Lucilii ... eiusdem ... Minus aperta ut Porcii ... Ennii ... eiusdem ... eiusdem ... eiusdem ab aedo: clamor ad caelum uoluendus per aethera uagit. Insueta, ut ab irundine: frende et fritinni suauiter.' (suauit̃ Flor.) 'Maccius' (mactius Goth. Haun. accius Par. b) 'in Casina a fringuilla: quid fringutis? quid istuc tam cupide cupis? sues auolauerat. ita tradedeq. In re neq. In Iudicium Esopi nec theatri trittiles. In Colace' e. q. s. XX Fronto Epist. ad M. Caesarem II 1 p. 37 ed. Rom. 'uale et me, obsecro, omnimode ames qua ioco qua serio.' Quem locum laudauit Lachmannus in Lucr. II 488, sed ut de uersu nihil suspicaretur XXI Cicero ad Att. X 2 'res sunt inexplicabiles: fortunae' e. q. s. 'Melius si quid acciderit, mirabimur.' Poëtae uerba non agnouerunt XXII Ciceronis

---

23 insueta, ut ab irundine: frende et fritinni *Ritschelius Parerg. I* 32, *qui de toto hoc loco diligenter disputauit* sueta frendice frunde (fronde *Goth.*) et frutinni *libri* eiusdem ab irundine: nefrende fritinni *Scaliger praeeunte* irundine *Turnebo* Sueti a frendice: e frunde fritinni *O. Muellerus*: *parum liquet Spengelio* suauitate mactus es *Ritschelius* Maccii *nomine e sequentibus assumpto* 24 sues auolauerat *Flor.* sues auoluerat *ceteri libri* Sueti a uolucribus *O. Muellerus*, a uolucri *proposuerat Spengelius* 25 ita tradedeq. In reneq. In *Flor. cum ceteris, quae non expedio* 26 trittiles *uoces, ni fallor, intellegendae sunt: uidetur autem comici sententia haec fuisse: 'sus auolauerat, ita tradidi, neque aut Aesopi poëtae fabulosi de eius rei ueritate iudicium aut increduli popelli sibilum flocci facio'* 30 mehercule *cod.*

XXIII

Allúsit tandem léno? . . . . .

XXIV

Séd sibi cum tetulít coronam ob cóligandas núptias,
Tíbi ferebat, cúm simulabat sé sibi iam facís dare,
Tum ád te ludibúnda docte et délicate détulit.

XXV

'Exiliuit quási petulcus quídam, pedibus cónuibrauit.

XXVI

. ágite quid dubitátis hilareis dáre choros?

XXVII (Trabeae inc. 2)

Tánta laetitia aúctus sum ut nil cónstet . . . . .

Epist. fam. V 10, 2 (Vatinius Ciceroni) 'sed tamen omnia mi dura imperas ... sed huiusce modi nos clientis, huius modi causas recipitis?... Simius, non semissis homo, contra me arma tulit et eum bello cepi. Sed tamen, mi Cicero, quid facere possum? Omnia' e. q. s. Prosam orationem uulgo continuant XXIII Quintilianus IX 3, 16 (de figuris in particularum, uelut 'sed enim', 'nam quis', 'tam magis ... quam magis' usu agens) 'pleni talibus antiqui, sicut initio Eunuchi Terentius: quid igitur faciam? inquit. Allusit tandem leno. Catullus in Epithalamio: dum innupta manet' e. q. s. XXIV Cicero de orat. III 58, 219 'aliud uoluptas: effusum et tenerum, hilaratum ac remissum: sed sibi' e. q. s. XXV Festus p. 206 M. 'petulantes et petulci — — Afranius in Ida — interdum pro ueloce usi uidentur antiqui, ut hoc uersu intellegi potest: exiliuit' e. q. s. XXVI Acron in Horatii epod. 1, 1 'comicus' (trimeter) 'erit, qui frequentes tribrachos habet, ut: agite' e. q. s. 'Satyricus medius ut: Musae Iouem laudate et hilares date choros.' Eadem fere commentator Cruquii: exemplum omittere nolui, quamquam facile potest in scholae usum confictum uideri XXVII Cicero de fin. II 4, 14 'modo intellegas inter illum qui dicat tanta' e. q. s. 'et eum qui: nunc demum mihi animus ardet, quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur, esse illum medium ... qui nec laetetur nec angatur.' Eadem

31 allusit] alius in *Turic.* alius ui *Flor.* *An* alius fit? 32 sibi *Abrinc. Erl. a b* mihi *ceteri* colicandas *Abrinc.* colligandas *Erl. a b* collocandas *uulgo* 33 se sibi aiaci dare *Abrinc. Erl. a b* sese aiaci dare *Lag. plerique*, *ed. Rom.* sese aiacidan (*uel* uati) dare *alii Lag.* sese alacri dare *Lag.* 81, *Vict. et om.* dare *Gud. a b* sese alteri dare *uulgo* sese altaribus dare *commendauit Bergkius de Helena ex tragoedia uerba esse suspicans* 34 cum a te (*i. e.* at te) *Abrinc. Erl. a b*, *Lag. aliquot* cum ad te *ceteri Lag.*, *Vict. Gud. tres, ed. Rom.* 35 exiliuit *Aldina* exiluit *cod.* 37 ut] et *Pal. b Bodl.* nihil *libri fere omnes* mihi non *Dauisius dicit esse in Par. a et b*, *Ball*

XXVIIII

difficile ést loqui.

XXIX

Non édepol quantam rem égeris neque quántum facinus féceris

XXX

'Incredibile hoc fáctum obicitur . . . .

XXXI

nec múlieri
Nec grémio credi opórtet.

XXXII

Módo pueros, modo ádulescentes ín cursu a tergo ínsequens

tangi in Tusc. disp. IV 15, 35 'quae si quando adepta erit id quod ei fuerit concupitum, tum fertur alacritate, ut nihil ei constet quod agat' coniecit Bentleius, quod tamen certum non esse monuit Maduicus

XXVIII—XXX Cicero Epist. ad fam. II 9 'cum gratulor tum uero quibus uerbis tibi gratias agam non reperio, quod ita factus sis, ut dederis nobis, quem admodum scripseras ad me, quem semper ridere possemus.' (cf. VIII 3, 1 9, 1 II 10, 1) 'Itaque cum primum audiui, ego ille ipse factus sum — scis quem dicam — egique omnes illos adulescentes, quos ille iactitat' (actitat Lambinus). 'Difficile est loqui. Te autem contemplans absentem et quasi tecum coram loquerer: non edepol ... feceris. Quod quia praeter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud: incredibile' e. q. s. —— 'Quid quaeris? dum illum rideo, paene sum factus ille.' Difficile est loqui et ipsa adulescentis cuiusdam exultantis uerba uidentur esse XXXI Festus p. 165 M. 'nec mulieri nec gremio credi oportere prouerbium est, quod et illa incerti et leuis animi est, et plerumque in gremio posita, cum in obliuionem uenerunt exsurgentium, procidunt.' Comoedia respici uidetur M. Hertzio Philol. I 612 XXXII Cicero Tusc. disp. I 39, 94 'quae uero aetas longa est,

---

(*Oxx. negant*) constet *tuentur Bentleius et Maduicus* constet[1] (eum qui) *Pal. b* constetur *Bodl.* constem *eidem Dauisii codd.* Tanta auctus sum laetitia, ut non constem mihi *Bothius* tanta laetitia auctus sum ut nihil constet, quod agam mihi *Bergkius l. l., quibus statim adiungendum conicit Trabeae I. Nostra commendauit Maduicus* 39 rem egeris *Martynus Laguna* egeris rem *cod.* 40 factum *ed. antiq. signata A apud Orell., Martynus Laguna* factu *cod.* 43 *sq. Versus agnouit Bentleius De synecphonesi in* pueros *Lachmannus in Lucr.* 129 dixit: *transponendum* púeros modo *iudicat Fleckeisenus* adulescentes *Gud.* adol. *uulgo*

Néc opinantis ádsecuta est.

XXXIII

Sentín senem esse táctum trigintá minis?

XXXIV

da te ín sermonem et pérseca,
Et cónfice excitá compella lóquere . . . . .

XXXV

Cuius fácilitas est, quám uocant sapiéntiam.

XXXVI

. . . . me ésse acerbum síbi, uti sim dulcís mihi.

XXXVII

Sýrtis patrimoní, Charybdis bonórum . . . . .

aut quid omnino homini longum? Nonne modo ... adsecuta est senectus?' XXXIII Cicero de orat. II 64, 257 'saepe etiam uersus facete interponitur uel ut est uel paululum immutatus aut aliqua pars uersus, ut ... [Caecil. inc. fab. IV] Nam in Caelio sane etiam ad causam utile fuit tuum illud, Antoni, cum ille a se pecuniam profectam diceret testis et haberet filium delicatiorem, abeunte iam illo: sentin' e. q. s. XXXIV Cicero ad Att. XIII 23, 3 'mea mandata, ut scribis, explica: quamquam ista retentione omnes ait uti Trebatius, quid tu istos putas? nosti domum. quare confice εὐαγώγως ... Quare da te' e. q. s. 'ut te cum illo Scaeua loqui putes. Ne existimes eos, qui non debita consectari soleant, quod debeatur, remissuros. De die tantum uideto et id ipsum bono modo.' (Scaeualo qui ed. Romana Scaeuola loqui Victoriana pr. Cassium Scaeuam, de quo Appiauus ἐμφυλ. II 60 et Florus II 13, 40, cur intellegat Orellius non perspicio: mihi hoc nomine fabulae, togatae uel Atellanae, ni fallor, persona significari uidetur, cuius uerbis usus erat Cicero) XXXV Quintilianus VI 3, 97 'adiuuant urbanitatem et uersus commode positi, seu toti, ut sunt ... seu uerbis ex parte mutatis; ut in eum, qui cum antea stultissimus esset habitus, post acceptam hereditatem primus sententiam rogabatur: cuius hereditas est, quam uocant sapientiam, pro illo: facilitas est.' XXXVI Cicero Epist. ad fam. III 8, 8 'cum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior et temporibus, quibus alii mouentur, isdem ego mouear: me esse' e. q. s. XXXVII Cicero de orat. III 40, 162 'uidendum est ne longe simile sit ductum. Syrtim patrimonii scopulum libentius dixerim, Charybdim bonorum uoraginem potius.'

---

44 necopinantis adsecuta *Gud.* nec opinantes ass. *uulgo* 46 *sq. Versiculos esse uidit Tunstallus epist. ad Middletonum p.* 63, *constituit Nobbius* 46 persece *mulit Orellius* 47 et confice et ita cum Polla loquere *cod. in mg. Repett. Lamb.* 48 cuius *om. Flor. Tur. m. pr.* cui *Zumptius*, *quod propter παρῳδίαν* cuius hereditas *incredibile est* facilitas *Flor. Par. a b Tur. Guelf.* facultas *relicui* esset *Flor. Goth. Voss. b* 49 ut sim *exemplaria*

XXXVIIII

Si núnc redire pósset ad superós pater,
Qui té tutamen fóre sperarat fámiliae
Domuíque columen, nónne putas sic díceret?
'Cur té dedecoras, fámam cur maculás tuam?
Cur rém dilapidas, quám miser extruxít labor?'

XXXIX

Tutáre amici caúsam, patris rem súscipe!

XL

Obícitur crimen cápitis, purga fórtiter.

XLI

In amíci causa est, ímmo certe pótior est.

XLII

Prórsus aequum est pétere, Daue: mé poenae op-
pone . . .

XXXVIIII Charisius V p. 252 P. (168 L.) 'per prosopopoeiam, cum loquentes finguntur, qui nulli sunt, tamquam: si nunc' e. q. s. XXXIX—XLI Charisius V p. 253 P. (169 L.) 'per apologismon, siue ultro dando, cum aliquid aduersario nostro ultro damus, quo uti eum scimus non posse, tamquam: tutare' e. q. s. 'obicitur' e. q. s. 'in amici' e. q. s. XLII Charisius V p. 253 P. (169 L.) 'per commutationem: prorsus' e. q. s. 'hic non ut coepit, sententiam finit: nam aiebat Daue; deinde subiecit me, cum ipse sit Dauus.'

---

52 fore sperarat *Lindemannus* fore sperare *cod. teste H. K.* fore parare *ed. pr.* fore putarat *Fabricius, Putschius* 53 incolumen *ed. pr.* nonne putas *Fabricius*, *Putschius*, *quod etsi non uelim pro certo haberi*, *tamen ad sententiam apte excogitatum est.* n̄ . . . . *cod. teste H. K. literis tribus uel quattuor in lineae fine deletis*, *quamquam etiam plus intercidisse possit.* nonne potes *ed. pr.*, *in quibus tamen* potes *errore confictum uidetur H. Keilio: nam in cod. cum uerbo* redire *terminetur linea*, *ei additum sed signo* |__ *disiunctum legi* p . . ., *quod cum ad superiorem lineam referri debuerit*, *falso postea pro sequentis exitu habitum esse* 54 dedecoras *Fabricius*, *Putschius* dedecores *cod.* famam *Fabricius*, *Putschius* familiam *cod.* maculas *ed. pr.* macules *cod.* 55 dilapidas *Fabricius*, *Putschius* dilapides *cod.* quam *edd.* q . . . . *cod.* 56 rem suscipe] suscipere *ed. pr.* suscipe *cod.* 57 purga *edd.* p . . . . . *cod.* 58 potior est immo certe potior est *cod.*, *ed. pr.* potior immo certior *Fabricius*, *Putschius* 59 aequina *ed. pr.* equino *Fabricius*, *Putschius* pectore *cod.* peccasti *Lindemannus*

XLIII

quem di mórtuum
Pérduint.

XLIV

Tertullianus de anima 20 'comici Phrygas timidos inludunt.' Cf. ex Apollodori Citharoedo uersiculi duo

XLV

Viden út cinaedus órbem digito témperat?

XLVI

. . . . quás ego pugnas, quántas strages édidi!

XLVII (Enn. Add. 4)

. persuasit ánimo uinum, déus qui multo est máximus.

XLVIII

Líberi bellária

XLIX

clitellaé boui

XLIII Cicero Epist. ad Att. XV 4, 3 'ita gratiosi eramus apud illum, quem di mortuum perduint, ut nostri aetati, quoniam interfecto domino liberi non sumus, non fuerit dominus ille fugiendus. Rubeo, mihi crede. Sed iam scripseram, delere nolui.' XLV Suetonius Oct. 68 'sed et populus quondam uniuersus ludorum die et accepit in contumeliam eius et assensu maximo comprobauit uersum in scena pronuntiatum de Gallo matris deum tympanizante: uiden' e. q. s. Ioannes Saresberiensis Policrat. I 7 XLVI Cicero Epist. ad Att. I 16, 1 'di inmortales! quas ego pugnas et quantas strages edidi! quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci! quo modo sum insectatus leuitatem senum, libidinem iuuentutis.' De uersu neque hic neque alibi cogitarunt uiri docti XLVII Festus p. 153 M. 'metonymia est tropos, cum ab eo quod continet, significatur id, quod continetur, aut superior inferiore, aut' ('et' cod.) 'inferior superiore. Quae continet, quod continetur, ut Ennius — ab eo quod continetur id quod continet, ut cum dicitur: epota amphora uini, a superiore inferior, ut Ennius — ab inferiore superior, ut: persuasit' e. q. s. Poëtae anonymi Graeci (CCCXLII Mein.): οἶνός μ' ἔπεισε δαιμόνων ὑπέρτατος Comici an tragici uersus sit incertum dicit Meinekius XLVIII Gellius XIII 11, 7 'uina quoque dulciora est inuenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata dictaque esse ea Liberi bellaria.' XLIX Cicero Epist. ad Att. V 15 'est incredibile, quam me negotii taedeat. Non habet satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi et industriae meae praeclara opera cessat ... clitellae' e. q. s. 'sed feremus.' Ammia-

61 perduint *Cratandrina in mg.* perdant. Tu *Med. corr.* (*om.* perdant *m. pr.*), *edd. Rom. Jens.* 62 *Cf. Lobeckius Aglaoph.* 1016 64 animo *om. Spengelius Diurn. antiq.* 1834 *p.* 710 *senarium dimetiens* 66 clitelliae *Med.*

Sunt ínpositae, cilláne: non est nóstrum onus.

L

Quási si messor pér messim unum quémque spicum cóllegit

LI

Tám perit quam extréma faba . . . .

LII

. . prior ire lúce claro nón queo.

LIII

Clámor lapides fústes gladii: haéc inprouisa ómnia.

LIV

Quíd clamorem exórsa uerbis páruam rem magnám facis?

LV

obstrúdant, obsatúllent

nus Marcellinus XVI 5 'cum exercere proludia disciplinae castrensis philosophus cogeretur ut princeps, artemque modulatius incedendi per pyrricham concinentibus disceret fistulis, uetus illud prouerbium: clitellae boui impositae sunt, plane non est nostrum onus Platonem crebro nominans exclamabat.' Quintilianus V 11, 22 'παροιμίας genus illud, quod est uelut fabella breuior et per allegoriam accipitur: non nostrum, inquit, onus, bos clitellas.' Caecilio ascribit Spengelius p. 9 L Festus p. 333 M. 'spicum masculine antiqui dicebant, ut hunc stirpem et hanc amnem. uersus est antiquus: quasi' e. q. s. LI Festus p. 363 M. 'tam perit quam extrema faba in prouerbio est, quod ea plerumque aut proteritur aut decerpitur a praetereuntibus.' Comoedia respici uidetur M. Hertzio Philol. I 612 LII Nonius p. 210, 15 'lux ... masculino Plautus .. luci' ('luce' Leid.) 'claro ... Varro ... luci' (om. Leid.) 'claro ... idem ... luci claro ... M. Tullius de Officiis lib. III: et cum [primo luci Pomponi domum uenisse dicitur ...] prior ire luce claro non queo.' Vncis inclusa Ciceronis uerba una cum poëtae nomine excidisse uidit Mercerus LIII Cicero ad Att. IV 3, 3 'cum sacra uia descenderem, insecutus est me cum suis' (Clodius). 'Clamor' e. q. s. 'discessimus in uestibulum Tettii Damionis.' LIV Cicero pro Caelio 15, 36 'minimum fratrem ... putato tecum loqui: quid tumultuaris, soror? quid insanis? quid clamorem' e. q. s. Versum esse uidit Beierus in Cic. Off. T. I p. 178 LV Festus p. 193 M. 'obstrudant, obsatullent, ab auide trudendo in gulam, non sumendo cibum.'

---

67 impositae sunt *Ammianus*, *fortasse rectius* cillane *ex Decurtato Bosius*, *qui uersus agnouit* illane *Crusell. Torn. Med. corr.*, *Jensoniana* illa *Med. pr.* ille *ed. Romana Ciceronis* plane *Ammianus* 68 si *om. cod.* collegit *cod.*, *i. e.* colligit 70 luci *Fleckeisenus coni. Exerc. Plaut. p.* 12 71 gladii et haec *Jensoniana* 72 clamore *libri* parum *Paris.* 73 obsatullent *O. Muellerus* obsatulent *cod.*

LVI

aúdio, haut auscúlto.

LVII. LVIII

Paulus Festi p. 102 M. 'hosticapus hostium captor. hamotrahones alii piscatores, alii, qui unco cadauera trahunt.' Vtrumque a comico quodam poëta fictum uidetur O. Muellero

LIX

Gellius I 15, 20 'neque minus insigniter ueteres quoque nostri hoc genus homines in uerba proiectos locutuleios et blaterones et linguaces dixerunt.'

LX

Seruius in Aen. IX 107 'hinc est apud comicos iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris.'

LXI

Tertullianus de pallio 4 'tametsi adoratur a uobis, qui erubescendus est, Scytálosagittipélliger ille, qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compensauit.'

LXII

Sui quíque mores fíngunt fortunam hóminibus.

LVI Varro de L. L. VI 83 M. 'ab audiendo etiam auscultare declinatum, quod hi auscultare dicuntur, qui auditis parent, a quo dictum poëtae: audio, ausculto.' LVII hosticapas libri hosticapax uulgo ante O. Muellerum hostirapax Dacerius LVIII hamotraones boni codd. LIX linguaces Reg. Laur. Ambros. languaces (i superscr.) Vindob. lingaces Vat. ligcesq; (u superscr.) Rott. LXII Cornelius Nepos uita Attici 11, 6 'itaque hic fecit, ut uere dictum uideatur: sui' e. q. s. Cicero Parad. 5, 35 'cui quidem etiam quae uim maximam habere dicitur Fortuna ipsa cedit, sicut sapiens' (om. Gud. 150) 'poëta dixit: suis ea cuique fingitur moribus.' Nonius 526, 24 'quia si prima sententia philoso-

---

74 haud *Turnebus* aūt *Flor. teste H. K.* aut *Goth. Haun. Par. b*, *om. cum Par. a Spengelius* 75 sui quique *scribendum esse post Fleckeisenum Philol. IV* 340 *demonstrauit Lachmannus in Lucr.* 94 sui quoique *Haenel.* sui cuique *ceteri libri Nepotis, Nonius, quod a Klotzio recte defensum uidetur Nipperdeio in Corn. Nep. spicil. crit.* 78 suis ea cuique *Cicero, sed* suis // ea cuique *Leid. a* suis ea quisque *Pith.* suis quisque *Gud. 2 Bern.* 702 suis quisque forte *Erl.* mores fingunt *Nepos et Nonius*,

LXIII

Malúm consilium cónsultori est péssimum.

LXIV

Non ést beatus, ésse se qui nón putat.

LXV

Is mínimo eget mortális qui minimúm cupit.

LXVI

Quod uúlt, habet, qui uélle quod satis ést potest.

LXVII

In núllum auarus bónus est, in se péssimus.

LXVIII

Auárus animus núllo satiatúr lucro.

phica accipit intellectum, quae ait: sui ... fingunt, omnipotens fortuna esse desiuit.' Inter Publii Syri sententias refertur: et 'mimicum uersum' dicit Lachmannus in Lucr. 94 LXIII Varro de re rust. III 2, 1 'opinor, inquam, non solum quod dicitur, malum' e. q. s. 'sed etiam bonum consilium, qui consulit et qui consulitur, bonum habendum.' Gellius IV 5, 5 'tum igitur, quod in Etruscos aruspices male consulentis' (qui Horatii Coclitis statuam fulmine tactam perperam transponi suaserant) 'animaduersum uindicatumque fuerat, uersus hic scite factus cantatusque esse a pueris urbe tota fertur: malum' e. q. s. LXIV Seneca Epist. 9, 21 'apud poëtam comicum inuenies: non est beatus' e. q. s.

LXV sq. Seneca Epist. 108, 11 'de contemptu pecuniae multa dicuntur ... magis tamen feriuntur animi, cum carmina eius modi dicta sunt: is minimo' e. q. s. 'quod uult' e. q. s. 'cum haec atque huius modi audimus, ad confessionem ueritatis adducimur.' Publ. Syr. sent. 242 443 LXVII Seneca Epist. 108, 9 'non uides quem admodum theatra consonent, quotiens aliqua dicta sunt quae publice adgnoscimus et consensu uera esse testamur? [Publ. Syr. sent. 121] in nullum' e. q. s. 'ad hos uersus ille sordidissimus plaudit et uitiis suis fieri conuitium gaudet.' Publ. Syr. sent. 224 LXVIII sq. Seneca Epist. 94, 43 'quis autem negauerit feriri quibusdam praeceptis efficaciter etiam inperitissimos? uelut his breuissimis uocibus, sed multum habentibus pon-

---

nisi quod funguntur *Monac. Haen. Nepotis* fingitur moribus *Cicero, sed* fungitur *Vindob. Oehl. Erl. Duisb. Gud. b Pith.* fugitur *Bern.* fungi se *Gud.* 150 fortunam hominibus *om. Nonius, adduntur a Cornelio Nepote, ubi tamen* fortuna *Mon. Haen.* hominibus *om. cod. collegii Rom., Leid. Voss. a b* omnibus *superscr. in Gifan. Wolf. Sang. Vrbin. Ottob. Alex. Patau. Haen.* suis fingitur fortuna cuique moribus *apud Ciceronem scribit Lachmannus, nec reprehensurum se dicit uersum huius modi*: fortunam hominibus mores cuique dant sui
77 non est b. qui se beatum esse non putat *Rehd. Vatic. α β γ Palat. λ* non est beatum esse commune i. e. non est beatus qui non putat *Pa-*

LXIX

Ab álio expectes, álteri quod féceris.

LXX

Benefícia in uolgus cúm largiri instítueris,
Perdénda sunt multa, út semel ponás bene.

LXXI

. quid? tu non intéllegis tantum grátiae te démere,
Quantúm morae adicis?

LXXII

Póstea nolí rogare, quom ínpetrare nólueris.

LXXIII

Iniúriarum rémedium est oblíuio.

deris: nihil nimis' (Terent. Andr. I 1, 34) 'auarus' e. q. s., 'ab alio' e. q. s. 'haec cum ictu quodam audimus nec ulli licet dubitare aut interrogare: quare.' Lactantius diu. instit. I 16, 10 'non illepide Seneca in libris moralis philosophiae: quid ergo est, inquit, quare apud poëtas salacissimus Iuppiter desierit liberos tollere? utrum sexagenarius factus est et illi lex Papia fibulam imposuit? an impetrauit ius trium liberorum? an tandem illi uenit in mentem [LXIX] et timet ne quis sibi faciat quod ipse Saturno?' Ael. Lampridius de Alexandro Seuero 51 'clamabatque saepius quod a quibusdam siue Iudaeis siue Christianis audierat et tenebat, idque per praeconem cum aliquem emendaret, dici iubebat: quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Quam sententiam usque adeo dilexit, ut et in Palatio et in publicis operibus praescribi iuberet.' Publ. Syr. sent. 37 l LXX Seneca de benef. I 2 'Beneficia' e. q. s. 'in priore uersu utrumque reprehendas: nam nec in uolgus effundenda sunt et nullius rei, minime beneficiorum honesta largitio est ... sequens sensus mirificus est, qui uno bene posito beneficio multorum amissorum damna solatur.' LXXI Seneca de benef. II 5, 2 'quare uerissimum existima, quod ille comicus dixit: quid?' e. q. s. ('quare uerum est tantum te gratiae demere' om. relicuis Mediol. CDE Henk., add. cetera in mg. Guelf. IV) LXXII Seneca Epist. 95, 1 'scio te in bonam partem accepturum, si negauero. eo magis promitto et uerbum publicum perire non patior: postea' e. q. s. 'interdum enim enixe petimus id, quod recusaremus, si quis obferret.' Cf. Seneca de mor. 33 LXXIII Seneca epist. 94, 28 'numquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit

lat. v Ottob. 83 statueris *Henk.* 84 ut unum semel *Vratisl.* uero semel bene ponas *Mediol. E* 85 gratiae, *om.* te, *Tross.* te gratiae *celeri libri* quantumque morae *Guelf. G* *An potius sic ordinanda sunt:* quid? tu non intéllegis || ... tantum grátiae te démere, Quantúm m. a.? 87 quod *libri* imperare *Vatic. a Palat. II Alexandr.* *An:* non uelis?

LXXIV

Sat céleriter fit, quídquid fit satís bene.

LXXV

. . . . úbi non sis qui fúeris, non est cúr uelis
Víuere.

LXXVI

Saépe qui miserèri potuit, misericordiám rogat.

LXXVII

consciéntia
Mílle testes

LXXVIII

Odí puerulos praécoqui sapiéntia.

LXXIX

Quid trístiorem uídeo te esse quam ántidhac,
Lampádio? numquid fámiliaris fílius
Amát nec spes est aúxili argentária,

uersus? Iniuriarum' e. q. s. (Publ. Syr. sent. 222) 'Audentes fortuna iuuat. Piger ipse sibi obstat.' (sibi ipse Guelf. Rehd.) Quae laudantur extremo loco dubitari potest quibus numeris definias: possunt enim ut medius locus heroico uersui desumpta esse: .... piger ipse sibi obstat, possunt ad scenam referri uel hac mensura: ...... piger ipse obstát sibi uel: pigér sibi obstat ipse uel piger óbstat ipse sibi uel obstát piger ipse sibi uel obstát sibi Piger ipse LXXIV Suetonius Octau. 25 'crebro itaque illa iactabat: σπεῦδε βραδέως et ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης et: sat celeriter fieri q. fiat s. b.' LXXV Cicero Epist. ad fam. VII 3, 4 'mortem mihi cur consciscerem, causa non uisa est; cur optarem, multae causae. Vetus est enim: ubi non sis qui fueris, non esse cur uelis uiuere.' LXXVI Seneca Contron. IV 27. Versum esse intellexit Andreas Schottus LXXVII Quintilianus V 11, 41 'ea quoque, quae uulgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum auctorem habent, uelut omnium fiunt, quale est: ubi amici, ibi opes' (Plauti Truc. IV 4, 32) 'et conscientia mille testes.'
LXXVIII Appuleius Apol. p. 571 Oud. 'est ille poëtae uersus non ignotus: odi' e. q. s. 'sed enim malitia praecoqui' (ita Pith. Doruill. 'praecochi' Flor. c 'praecoci' ceteri) 'puerum quis non auersetur atque oderit?' LXXIX Nonius 187, 10 'uirgindemiam, ut uindemiam, hoc est uirgarum adparatum uel demptionem uel decerptionem ob uerbera.

---

95 praecoqui *Pith.* praecochi *Flor. c* praecoci *ceteri* praecoquos sapientiam *Doruill.*, *fortasse recte* 96 antidhac *Rolandus* angit hac *libri* 97 numquid *Mercerus* nemquid *libri* familiaris *ed.* 1526 familiares *libri* 98 nec *Gifanius* haec *libri*

Ideóque scapulae métuunt uirgindémiam?

LXXX

Sátis est: reuoca frátrem eodem stírpe gnatum: plaúdite!

Varro Agathone: quid' e. q. s. Sed potest uel Varro de comoedia locum saturae inmiscuisse uel eius exemplum una cum comici poëtae nomine in Nonii libris excidisse LXXX Festus p. 313 M. 'stir[pem in masculino gene]re antiqui [usurparunt pro eo quod est fe]mina, met[aphorico uocabuli usu,] quae nunc in [femineo profertur gene]re. Liuius — — [Ennius] — a stirpe supremo ...... [satis] est, reuoca fratre[m eodem stirpe gnatum] plaudite.'

---

99 uirgindemiam *edd.* uirgarumdemiam *libri* 100 satis *Vrsinus*, *non apparet in cod.* fratrem eodem stirpe *Vrsinus* fratre . . . . *cod.* gnatum *O. Muellerus*, *non apparet in cod.* prognatum *Vrsinus*

FABVLA TOGATA

TITINIVS

BARBATVS

I (5)

. . inauratae átque inlautae múlieris

II (8)

. prius quam auró priuatae, púrpuramque aptaé simus

III (4)

. ego ab laná soloci ad púrpuram data . . .

IV (1)

. . . . frygió fui primó beneque id opus scíui:
Relíqui acus aciásque ero atque eraé nostrae . . . .

Titini Barbatus Ita inscribi iussit Mercerus in Non. p. 3. Cf. Varro de L. L. V 119 'nanus cum Graeco nomine, et cum Latino nomine, Graeca figura barbatus.' Festus p. 177 M. 'nanum Graeci uas aquarium dicunt humile et concauum, quod uulgo uocant situlum barbatum pumilionemue, nam ita nani dicuntur.' Ad quae Scaliger e glossario attulit: 'bardatus νάννος, τὸ σκεῦος.' Sed fortasse aliud nescio quid in uestigiis barato barrato baratto uarrato uarcato latet: quod in Charisii ed. pr. ubique legitur baratro uel barathro Graecum uocabulum propter togatae fabulae indolem nolim sane recipere, nec de barrato homine, qui barro instructus sit uel uehatur, facile licebit cogitare

I Charisius II p. 181 P. (120 L.) 'inauratae pro non auratae. Titinius' (ita cod. teste H. Keilio) 'in barrato: inauratae' e. q. s. II Charisius II p. 212 P. (142 L.) 'a pro ad, Titinius in barato: priusquam' e. q. s. 'nam et apes quasi aptae sunt, quod inuicem colligentur.'

III Festus p. 301 M. 'solox, lana crassa, et pecus, quod passim pascitur non tectum. Titinius in barrato: ego' e. q. s. Paulus p. 300 M. 'solox lana crassa uel pecus lana non tectum. Titinnius: lana' e. q. s.

IV Nonius 3, 20 '[frygiones] .... Titinius barbato: frygio'

---

2 aptae simus] ableṣimus *cod. teste H. K.* abteximus *uulgo* atteximus *Mercerus* *De* sĭmus *forma uide Marium Victorinum p.* 8 *G.*
3 soloci lana *Mercerus iambum metiens* 4 op' ciui *Bamb.*
5 atias *Bamb.* atq. renre̦ *Bamb.* Phrygió fui Prímo bene id opús sciui: relíqui acus aciásque hero ʹAtque herae nostraé *Herman-*

V (9)

quod quidém pol mulier dícet,
Namque úni collegí sumus.

VI (3)

ita spúrcus
Animátur ira in proélium: uelés eques recipít se
. . . . néque ferit quemquam hóstem.

VII (2)

. ubi ambitioném uirtuti uídeas antecédere

VIII (6)

. . id necéssest? — Edí! . . . .

. IX (7)

Noctú diusque

X (10)

Festus p. 364 M. 'tensam ait uocari Sinnius Capito uehiculum, quo exuuiae deorum ludicris Circensibus in

e. q. s. V Priscianus VI 7 p. 694 P. (I 243 K.) 'uni pro unius. Titinnius in barbato: quod' e. q. s. Idem VI 16 p. 717 P. (I 275 K.) 'Titinnius in barbato: quod ... sumus; uni pro unius.' VI Nonius 552, 25 'ueles, lenis armatura. Titinnius barbato: ita' e. q. s. VII Nonius 499, 7 'datiuus pro accusatiuo. Titinius uarrato: ubi' e. q. s. 'pro uirtutem antecedere.' (uarcato ms. Junii uarro Bamb.) VIII Charisius II p. 178 P. (117 L.) 'edi' (interiectio) 'Titinius in baratto: id necesses R edi, pro edius fidius.' IX Charisius II p. 185 P. (123 L.) ,noctu diuque; Salustius ... at uero Titinius in barrato noctu diusque ait.'

———

nus Opusc. V 266. *Senarios continuant ceteri* 6 *sq. Numeri sunt Hermanni Opusc. V* 267 6 dicet *Grut. Sang. Bamb. Bong. p.* 717 dic& (it *superscr.*) *Reg. p.* 717 dicit *corr. in* dicet *Barb. p.* 717 dicit *ceteri* 7 nanque *Grut. p.* 694 *et* n *corr. ex* m *p.* 717 colligi *Sang. p.* 717 colligii (e *superscr.*) *Reg. utroque loco* colligii *Sang. p.* 694 8 ita spurius *libri plerique* ita in mund purius *Bamb.*, *ut aliquando lectum fuerit* spurcus *cum* inmundus *glossemate* 9 ira *om. libri* ita Spurius ánimat iram in proélium. Véles atque eques recipit se nec ferit quemquam hostium *Hermannus Opusc. V* 266 *de praetexta siue Attii siue Pacuuii cogitans* 11 ambitionem uirtuti *Junius* ambitione uirtutis *libri Numeros perspexit Hermannus l. l.* 12 necesses R edi *cod.* necesse respondet edi *uulgo. Numeros statui bacchiacos* 13 dius] *Cf. Lachmannus in Lucr.* 227

circum ad puluinar uehuntur. fuit et ex ebore, ut apud Titinnium in barbato, et ex argento.'

CAECVS

Ita sémitatim fúgi atque effugí patrem.

FVLLONIA

I (4)

Ego mé mandatam meó uiro male árbitror,
Qui rém disperdit ét meam dotém comest.

II (2)

. . iam pridem egréssa tu perbíteres.

III (8)

uíderam ego te uírginem
Formósam, sponso essé superbam, formá ferocem . . .

IV (7)

Intérea foetida ánima nasum oppúgnat . . . .

V (12)

Aspécta formam atque ós contempló meum.

VI (10)

Da pénsam lanam: quí non reddet témpori

Caecus Charisius II p. 194 P. (130 L.) 'semitatim; Titinius in Caeco: ita' e. q. s.
Fullonia Cf. Ritschelius Parerg. I 142 I Nonius 81, 15 'comest pro comedit ... Titinius Gemina ... idem Fullonibus: ego' e. q. s. II Nonius 153, 25 'peruitere, perire ... Titinius Fullonia: iam' e. q. s. III Nonius 305, 2 'ferox sum illa re, dicitur ut, illa re sum fretus uel arrogans. Titinius Fullonibus: uideram' e. q. s. IV Nonius 233, 4 'anima rursum alitus oris et odor .... Titinius Fullonibus: interea' e. q. s. (titinius om. Bern. a b Tur.) V Nonius 470, 1 'contempla ... Titinius Fullonibus: aspecta' e. q. s. (fulloni Leid. Bamb.) VI Nonius 369, 20 'putare, aptare. Titinius Fullonibus:

---

16 rem *edd.* ren *libri* dotem *om. W* 17 tu *Neukirchius* ut *libri* perbiteres *Bothius* perbiteris *libri* 19 formosam esse sponso esse *libri* uideram ego te uirginem Fórmosam, sponsó superbam, fórma esse ferocém . . *Hermannus Opusc. V* 267 uideram esse Ego te formosam uirginem, sponso superbam, forma Ferocem *Bothius* 20 obpugnat *Geneu., om. (cum sequentibus) Bern. b* 21 contemplato *haud nolit Bothius* contemplo *W* contempla *ceteri* *Vel* formam meam atque os contempla *uel* formam hanc a. o. c. *uel* formam atque os contemplato meum *Hermannus Opusc. V* 268 22 date *Lipsius Ant. lect. V* 13

Putátam recte, fácito ut multetúr malo.

VII (11)

quae intér decem
Annós nequisti unám togam detéxere.

VIII (13)

Ni nós texamus, níhil hic est, fullónes, uobis quaésti.

IX (5)

Nec nóctu nec diú licet fullónibus quiéscant.

X (3)

. terra haec est, nón aqua, ubi tu sólitu's argutárier
Pédibus, cretam dúm compescis, uéstimenta quí laues.

XI (9)

. sí quisquam hodie praéter hanc postícum nostrum pépulerit,
Patíbulo hoc ei capút defringam.

da' e. q. s. VII Nonius 406, 17 'toga dicta est a tegendo, et est toga, sicut in consuetudine habetur, uestimentum, quo in foro amicimur ... Titinius Fullonibus: quae' e. q. s. Fortasse de Penelopa sermo est VIII Nonius 483, 17 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus: Titinius Fullonibus: ni' e. q. s. IX Nonius 98, 25 'diu pro die, unde et interdiu dicitur. Titinius Fullonibus: nec' e. q. s. X Nonius 245, 30 'argutari, sussilire. Titinius Fullonia: terra' e. q. s. XI Nonius 217, 20 'posticam feminino genere consuetudine appellamus ... Titinius neutro in Veliterna dici probat ... idem Fullonibus: si ... pepulerit.' Idem 366, 16 'patibulum sera qua ostia obcluduntur, quod hac remota ualuae pateant. Titinius Fullonibus: si' e. q. s.

---

23 facito *Bothius* facite *libri* 26 nihil est *libri* est nihil *Bothius* questu *Bamb.* . ní nos texamús, nihil, fullónes, uobis quaésti est *Hermannus Opusc. V* 268 28 noua qua *libri* argutari *libri* 29 uestimentaque leuas *libri* terra haec noua est, Quasi ubi tu solitus pedibus argutarier, Dum compescis cretam et uestimenta eluis *Scaliger Coni. in Varr. p.* 82 terra haec, non aqua est, ubi tu solitus argutarier Pedibus, cretam dum compescis, uestimenta qua lauas *Bothius* terra haec est, non aqua quasi ubi tu solitus argutarier Pedibus c. d. c. u. qua lauas *Hermannus Opusc. V* 267, *in quibus* noua quasi ubi *Aldina praeierat* terra haec est, non aqũa ubi es tu solitus argutarier Pedibus, c. d. compercis, u. qui laues *Lachmannus in Lucr.* 379 terra haec est, non aqua, ubi tute solitu's argutarier *e. q. s. Lachmanni Ritschelius Mus. phil. VIII* 155 compescis *intellego* 'coërces, subigis' 30 si quisquam et hodie *Gen. Bas. p.* 366 si quis hodie *libri p.* 217 si quisquam

XII (1)

Perii hércle uero: Tíberi, nunc tecum óbsecro,
Vt míhi subuenias, né ego maialís fuam.

XIII (6)

. . formicae pól persimil est rústicus
Homo

XIV

Festus p. 310 M. 'supparus [dicebatur puellare] uestimen[tum lineum, quod et s]ubucula ap[pellabatur. Titinius i]n Fullonia . . . . omne quod . . . . [sup]parum.' Itaque de auctoris nomine non constat

GEMINA

I (5)

Euérrite aedis, ábstergete aráneas.

II (1)

libram aiébant
Satis ésse ambobus íntritae. — Eho plús comest sola úxor.

III (3)

postquam fáctu's

XII Nonius 111, 9 'fuam, sim uel fiam ... Titinius Fullonia: peri' e. q. s. XIII Nonius 224, 23 'simile est pro similis est, pro masculino positum neutrum. Titinius Fullonibus: formicae' e. q. s.

Gemina I Nonius 192, 11 'araneae et feminini sunt generis.' Idem 420, 7 'uerrere, mundare. Titinius Gemine uerrite' e. q. s. (geminae Leid. Bas.) II Nonius 81, 13 'comest pro comedit ...' III Nonius 157, 16 'pauciens pro raro dici ueterum auctoritas docet.' Paulus Festi p. 220 M. 'pauciens dicebant pro raro. Titinius: uxorem p. u.'

---

hic hodie *Hermannus Opusc. V* 268, *qui numeros perspexit* has *libri p.* 217 32. perii *edd.* peri *libri* te hoc *Munkius de Pomp. Bon.* 98 33 ne] ut *Leid.* fuam] quam *Leid.* 34 *sq.* persimile est rusticus homo *libri* persimile est rusticus, *om.* homo, *Hermannus Opusc. V* 267 persimilis rusticust homo *Ritschelius Mus. phil. VII* 606 *Cf. Lachmannus in Lucr.* 29 36 uerrite *libri p.* 420 *exceptis Leid. Bas.* abstergite *libri p.* 420 37 aiebant *Aldina* agebant *libri* 38 ambobus farris (faris *W* fratris *Leid.*) intritae (itinritae *Leid.*) *libri* eho *om. libri* comest *edd.* comes *libri* uxor *edd.* usor *libri* líbram aiebant esse ambobus farris intritae sa-

Marítus, hac domo abhórres, tuam etiam uxórem uideo paúciens.

IV (4)

Set tú sat inique, quí enim in urbem paúciens ueníre
Solés.

V (11)

Si rús cum scorto cónstitiuit íre, clauis ílico
Abstrúdi iubeo, rústicae togái ne sit cópia.

VI (2)

Párasitos amóui, lenonum aédibus eum abstérrui,
Desuéui, ne quo ad cénam exiret éxtra consiliúm meum.

VII (13)

Nómen exsecrát parasitum néc uirum aspellít domo.

IV Nonius 157, 17 'pauciens ... Titinius Gemina [III] idem in eadem: tu' e. q. s. V Nonius 406, 20 'toga dicta est a tegendo, et est toga ... uestimentum ... dicitur et tectum. Titinius Gemina: si ... copia, id est tecti.' VI Nonius 95, 1 'desueui illum pro desuefeci illum, id est, consuetudinem ei abstuli.' VII Nonius 495, 16 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali ... Titinius Velitis. Plus c. s. u. *Hermannus Opusc. V* 268

40 hanc *libri* uideo pauciens] paucies uideo *Nonius* pauciens uideo *Lips. Berol. Pauli* pauciens uidebo *ceteri Pauli codd. Grauiora temptauerunt alii, uelut* posteaquam factus es maritus, hanc domum Abhorres, tuam etiam uxorem uideo paucies *Neukirchius, in quibus Hermannus Opusc. V* 269 *nihil reprehendit nisi* posteaquam *mutatum ex* postquam, *potuisse enim initio uersus* sed *uel* non *excidere* 41 set tu sat inique qui enim] tu sac iniqui *libri* tu sat inique *Rothius* tu autem iniqui *Aldina* tu autem inquit *ed.* 1526 ruras inique *Bothius* tute autem qui *Neukirchius* tu autem inqui *Hermannus Opusc. V* 269 paucies *libri* paucies Venire . . cur soles *Hermannus* paucies soles uenire in urbem *Bothius* 43 situs *Bamb.* constituit *libri* constituerit *Hermannus Opusc. V* 270, *Lachmannus in Lucr.* 277 44 rusticae togai ne sit copia *Lachmannus* rusticae togae ne sit copia *libri, nisi quod* copia *om. Bamb.* rustici illi ne sit tecti copia *Hermannus*, *tectum pro toga dici putans cum Lud. Carrione, qui Ant. lect I* 11 tecti ne sit copia *dedit* 45 nam parasitos *Lachmannus in Lucr.* 277 lenonum *Lachmannus* lenon ~ *Bamb.* lenonem *ceteri* eum absterrui *Lachmannus* absterrui *libri* deterrui *Bothius* proterrui *Hermannus Opusc. V* 268 46 ne *om. Bamb.* quod ad *Leid.* iret *W Bamb.* 47 nomen *Hermannus Opusc. V* 270 non *libri* exsecrat *Hermannus* exsecratis *Bamb.* exsecrat is *ceteri libri* exsecratur is *Neukirchius*

VIII (14)

'Edepol hominis és ignaui fúnctus officium . . .

IX (15)

Nímium te patrócinari cénseo benígniter.

X (16)

Símul ut pueras hásce nocte súspirare créui . .

XI (8)

. . . at aliquís uestrorum núntiet
Geminae, út res sibi suás procuret, aédibus
Facéssat.

XII (9)

Longús sermo habétur, reuórtetur spíssa.

XIII (6)

Múlier credo aduórsum illum res suás conqueritur . . .

XIV (7)

. . ergo ut sua séruet dona, nóbis faciundum ést ita,
Vt cúm ea primum blánditer nos cómparemus cónloqui.

terna . . . idem in Gemina: non exsecrat' e. q. s. VIII Nonius 497, 4 'accusatiuus positus pro ablatiuo.' IX Nonius 510, 11 'benigniter pro benigne.' X Priscianus X 7 p. 898 P. (I 500 K.) 'Titinnius in Gemina: simul . . . creui, pro uidi.' XI Nonius 306, 29 'facessere significat recedere . . . Titinius Gemine: ad aliquis' e. q. s. XII Nonius 392, 15 'spissum significat tarde . . .' XIII Nonius 232, 20 'aduorsum rursum apud significat.' XIV Nonius 256, 14 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt . . . . Titinius Gemina: ergo' e. q. s. Idem 510, 6 'blanditer pro blande. Titinius Gemina

modo *Bamb.* 48 es *om. libri* édepol ignaui hominis functus officium *uel* édepol hominis ignaui functús o. *Hermannus l. l.* 271

49 sentio *Mercerus* 50 has *libri plerique* hac (s *m. alt.*) *Barb.* hac *nonnulli codd. Krehlii* noctes *Bamb.* símul ut pueras hás ego Súspirare creui *Hermannus l. l.* 271. *Possis etiam* símul ut pueras Hac nócte s. c. 51 at *uulgo* ad *libri* 52 Geminae *uulgo* Gemine *libri* ut reo suas procuret *libri* Geminae, res ut suas procuret, aedibus facessat *Bothius*, *et nisi quod senarios metitur*, *Neukirchius* Géminae ut res suas p. et facessat aedibus *Hermannus l. l.* 269 54 *Baccheos agnouit Neukirchius* 55 *Numeros perspexit Hermannus l. l.* 269 56 seruet *Vatic.* seruat *ceteri libri* 57 ut cum ea *libri p.* 256, *Bamb. p.* 510 ut cum da *libri plerique p.* 510 uerecunda *Bas. Palat. p.* 510 iucunda *ed.* 1526 nos *om. libri* comparamus *libri p.* 510

XV (10)

. sin forma odió sum, tandem ut móribus placeám uiro.

XVI (12)

Eu ecástor, si morátae sitis ámbae ibu' pro ut ego móribus.

HORTENSIVS

ín foro aut in cúria
Pósita potius quám rure apud te in claúsa . . . . .

IVRISPERITA

I

Numquámne mihi licébit hodie dícere?

II

Nunc ádeo uisam, rém magnam aibat uélle se mecúm loqui,
Et cómmode eccum exít.

[57].' XV Nonius 406, 1 'tandem significat et tamen.' XVI Nonius 486, 15 'ibus pro his Latinum putat consuetudo, cum ueterum auctoritate plurimum ualeat. Titinius Gemina: eu aecastor' e. q. s. 'Plautus ... ibus denumerem stipendium.' (gemineaecastor Bamb.) Haec a uiro pronuntiari non potuisse docet Varro apud Gellium XI 6

Hortensius Charisius I p. 115 P. (82 L.) 'rure. Terentius ... itaque et Varro ... quem Plinius ad eundem undecimo rure ordinatum ambustum dixisse laudat. Sed et Terentium ... sed et Titinium' (ita cod. teste H. Keilio) 'in Hortensio: in foro' e. q. s.

Iurisperita I Schol. Veron. in Verg. Aen. II 670 'numquam omnes hodie. Sic in Bucolicis ... Plautus in Colace. Titinius in Iurisperita: numquamne' e. q. s. II Charisius I p. 177 P. (116 L.) 'commode.'

---

colloquia *libri p.* 256, *Palat. p.* 510 ergo ut sua seruét bona Nóbis faciundum est, inuita ut cum ea primum blanditer Cómparemus colloqui *Hermannus l. l.* 58 forma *Lipsius Ant. lect. I* 2 foma *libri* 59 eu aecastor *libri plerique* aecastor (*u. supra*) *Bamb.* ibu' pro ut ego moribus *Lachmannus in Lucr.* 262 ibus ut pro ego maoribus (mauribus *Bamb.*) *libri* ibus ut ego moribus *Gulielmius in Mostell. c.* 1 ibus ut pote ego m. *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 780 moribus Ibus prout ego *Hermannus l. l.* 270 61 inclausa *cod.* inclusa *uulgo* 63 rem magnam aiebat uelle sese *cod.* rem magnam aiebat sese, *om.* uelle, *ed. pr.* uelle rem magnam aiebat sese *Putschius* uelle rem magnam aibat se *Hermannus l. l.* 271, *qui iambos agnouit* 64 commodo et cum *ed. pr.*

PRIVIGNA

Nam quíd ego feci te áduorsum aut patrém meum,
Quem paúperetis ámbo uestris súmptibus?

PROCILIA

I (8)

seuériter
Hodié sermonem amíca mecum cóntulit.

II (6)

Magis quaé se fama obléctarent, ni eam málefactis nobílitarent.

III (1)

uérum enim
Dótibus déleniti últro etiam uxóribus
Ancíllantur.

IV (10)

séctius
Mecástor picto cúm tapete Póstumae

Priuigna Nonius 157, 8 'pauperauit, id est pauperem fecit ....' Procilia. Neukirchii, qui ex Horatio Epist. I 13, 14 Pyrrhiae nomen asciuit, coniectura per se infirmissima est: nam nec de 'lanae glomere', sed de 'pallio' dicitur fr. V, nec uinosam statim esse, cui bibendum dari iubeatur (VI), facile euincas. Quo accedit, quod ne sincerum quidem nomen 'Pyrrhiae' esse affirmauit Lachmannus in Lucr. 408: quo auctore si aliam formam anquiras, uersui quidem satis accommodatum sit Proclia ad 'Turpleiorum' et 'Marcleiorum' exemplar (cf. Ritschelius de sepulcro Furiorum Tusc. p. V) proxime accedens. I Priscianus XV 3 p. 1010 P. (I 621 K.) 'seueriter pro seuere. Titinius in Proclia: seueriter' e. q. s. (p̄lia Sang. ꝓelia Grut. prilia Halb. Reg. p'lia, p corr. m. alt. in p Bong. plinia, corr. m. alt., Barb.) Nonius 510, 1 'seueriter pro seuere dici auctoritas ueterum iubet. Titinius Prilia: seueriter' e. q. s. II Nonius 352, 6 'unde et nobilitarent notificarent dictum est. Titinius Prilia: magis' e. q. s. (proelia Bas. praelia Gen.) III Nonius 72, 1 'ancillantur pro seruiunt. Titinius Praelia: uerum' e. q. s. Idem 278, 13 'delenitus est mente alienatus .... Titinius Proelia: uerum' e. q. s. IV Festus p. 333 M. 'scraptae

---

65 te *Junius* tet *libri* ted *Rothius* 68 amita *Bamb. Leid. m. pr. Nonii* meum, *sup.* ł mec̄ *Sang. Prisciani* ꝓtulit *Grut. Prisciani* 69 magisque *Bas.* se *om. libri* fame obiectarent ne *libri* 70 *sq. Creticos agnouit Neukirchius, sed u.* 72 *potius uel bacchiacus uel trochaicus fuisse uidetur* 73 *sq.* rectius mecastor piculetae Postumae *cod.* rectius mecastor piculae tuae, Postumae *Neukirchius*,

Lectum hódie stratum uídi scrattae múlieris.

V (2)

quam ego hódie extorrem
Hánc domo faciam, pílatricem pálli iam euallároe pulchre!

VI (11)

Dáte illi biber, irácunda haec est.

VII (7)

Né tu istum edepol éxtulisti páriter ut dignús fuit.

VIII (9)

Séd iam amabo: quíd desubito tám repente ad mé uenisti?

IX (4)

tibin comoédiam
. . . . . quám sciam, non délicem?

dicebantur nugatoriae ac despiciendae mulieres, ut ait Verrius, ab his, quae screa iidem appellabant, id est quae quis excreare solet, quatenus id faciendo se purgaret. Titinius in Prilla: rectius' e. q. s. V Nonius 102, 2 'euallaro' ('euallare' libri, corr. Mercerus) 'dictum excludam et quasi extra uallum mittam. Titinius Prilia: quam' e. q. s. VI Charisius I p. 99 P. (71 L.) 'biber, τὸ πιεῖν. C. Fannius Annalium octano: domina eius ubi ad uillam uenerat, iubebat biber dari. Cato quoque Originum, sed et Titinnius in p̊lia' (ita cod. teste H. K.): 'date' e. q. s. VII Nonius 375, 2 'pariter, conuenienter. Titinius Praelia: ne' e. q. s. VIII Nonius 517, 14 'desubito. Titinius Prilia: sed' e. q. s. IX Nonius 277, 25 'delica est aperi et ex-

---

quam ingeniosam dicit emendationem Hermannus l. l. 272 rectius mecastor, Piculete, Postumae *Bergkius Ephem. Marburg.* 1851 *p.* 21 *comparato* Pakalatui *Osco nomine* 75 scrattiae muli . . . . *cod., olim corr. et suppl.* scrattae mulieri *Neukirchius* 76 quam *Bothius, qui tamen in relicuis nihil profecit* qua *libri* quia *Lipsius Ant. lect. V* 22 *et Epist. quaest. IV* 19 77 palia euallauito *libri* pallii euallauero *Lipsius* qua égo hodie extorrem hanc domo actam pilatricem pallium ´Euallaro pulcre *Hermannus l. l.* 272 79 *De particula* ne *cf. Fleckeisenus Philol. II* 65 edepol media extulisti *libri* edepol inedia extulisti *uulgo* edepol ínedia Exércuisti *Hermannus l. l.* 272 80 sed eamabo *Bamb.* sed ambo *Palat.* sede amabo *celeri libri* sed amabo *uulgo* tam repente *om. Palat.* uenistis *Palat.* 81 *sq.* tibi nego inediam quem *Gen.* tibine comediam quam *celeri libri* *Voce* comoediam *uersum terminari uidit Hermannus l. l.* 272, *sed idem sequentis initio lacunam non statuit*

X (3)

Tubúrcinari síne me uultis réliquias.

XI (5)

pérnam totam díligit.

PSALTRIA siue FERENTINATIS

I (6)

Feréntinatis pópulus res Graecás studet.

II (5)

manus lauite, múlieres,
Et cápita uelate.

III (2)

grauique obsónio
Conuíuas.

IV (3)

. . farticulá, cerebellum, láctis agninás . .

plana. Titinius Quinto ... idem Proelia: tibine' e. q. s. X Nonius 179, 22 'tuburcinari significat raptim manducare. Titinius Praelia: tuburcinari' e. q. s. XI Nonius 290, 8 'diligere manifestam habet significationem, ut plerumque. Diligit diuidit. Plautus in Curculione: clipeatus elephantum ubi machaera diligit. Titinius Proelia: p. t. d.'
Psaltria siue Ferentinatis Cf. fr. IV I. Veram inscriptionem Psaltriam esse, alteram a Prisciano temere suppositam putat Neukirchius, de compositi Ferentinas Psaltria tituli, quem Wasius et Bibl. Lat. III 240 Fabricius statuerunt, ratione cf. Ritschelius Parerg. I 165 I Priscianus IV 4 p. 629 P. (I 154 K.) 'Titinnius in Psaltria: Ferentinatis' e. q. s. 'pro Ferentinas.' (psalteria Sang. Barb. et erasa e Reg.) Idem VII 12 p. 762 P. (I 332 K.) 'Arpinas, Ardeas. Quod autem per syncopam haec proferuntur, uetustissimorum usus comprobat .... Titinnius in Psaltria: Ferentinatis' e. q. s. (tintinnius Sangall. tetinnius Halb. Grut. tetin Grut. m. alt. in mg. psalteria Sangall. Grut. Barb. psaltęria Bamb. Halb.) II Nonius 504, 21 'inde imperatiuo modo lauite facit. Titinius Psaltria: manus' e. q. s. III Nonius 314, 16 'graue multum, ualde significare ueteres probant. Titinius Psaltria: grauique o. c.' IV Priscianus VI 4 p. 686 P. (I 233 K.) 'hae lactes partes sunt intestinorum ... cuius singulare haec lactis est. Titinnius in Ferentinati: farticula' e. q. s. Nonius 331, 26 'lactes dicuntur in-

---

84 dirigit *Salmasius ad Solin.* 1191, *Rostius Opusc. Plaut.* 122. *Conferunt Paulum Festi p.* 69: 'dirigere apud Plautum inuenitur pro discindere.' 86 manus Láuite *Hermannus l. l.* 271 mulieres *Schegkius Praem.* 10 *ap. Grut. IV* 907 mulieris *libri* capita *ed.* 1526 capite *libri* 88 *sq.* obsoni conuuias *Bas.* 90 ferticula *Leid. Nonii* graticula *Amiens. Sang. Bamb. Bong. Grut. Prisciani* craticula *celeri eiusdem*

V (1)

. . . contemplári ancillas, quam árbitrer
Illárum subcubóneam esse . . .

VI (4)

. díc istud, quaeso: quó te auortistí? mei fastídis,
Meaé deliciae?

QVINTVS

I (6)

stúltitia cupídinis
Petúnt consilium, bóna bonorum grátia
Parui út faciatur.

II (4)

Item úti eum oportet líbertatem, quí sapit.

III (2)

Quod eá parasitus hábeat, qui illum sát scíat

testina. Titinius Psaltria: farticula' e. q. s. V Nonius 224, 20 'subcuboneum positum pro succuba Titinius testis est in Psaltria: contemplari' e. q. s. VI Nonius 496, 13 'genetiuus casus positus pro accusatiuo. Titinius Psaltria: dicis tu' e. q. s. (altria W saltria ceteri libri Psaltria Aldina)

Quintus I Nonius 507, 16 'facitur pro fit ... Titinius Quinto: stultitia' e. q. s. Priscianus V 3 p. 789 P. (I 365 K.) 'facitur quoque a facio pro fit protulerunt auctores ... Titinnius in Quinto: consilium' e. q. s. (Tintinnius Halb. Quinto] ·V· Reg. Sang. Bong. Halb. ·U· Grut.) Idem VIII 6 p. 801 P. (I 381 K.) 'facio, quamuis uetustissimi etiam passiue hoc protulisse inueniantur. Titinnius in Quinto: bonum gratia' e. q. s. (·V· Reg. Bong. Halb. ·U· Sang. U Grut.) II Nonius 481, 19 'libertatem uti pro uti libertate. Titinius lib. V:

---

92 subcubonem *Mercerus* contempla ancillas, quam arbitres illarum subcubonem *Bothius* **93** dic istud *Neukirchius, qui tamen senarios posuit* dicis tu *libri* quo *Bamb.* quoa *ceteri libri* auortisti *Aldina* abortisti *libri, nisi quod* obuertisti *Palat.* fastidis *Bamb.* fastidisi *W* fastidissi *ceteri libri* fastidisti *Bothius* **94** deliciae *Bamb.* delitiae *ceteri libri* **95** quanta stultitia *Aldina, Hermannus l. l.* 273 (Titin.) quanta st. *ed. princ.* (Tit.) in VI: quanta st. *ed.* 1476 **96** bona bonorum *Hermannus* bona *Nonius, Priscianus Putschii p.* 801 bonum *Prisciani codd. loco utroque* **97** parui ut *Prisciani codd. plerique p.* 801 parui ut, *deleto* ut *m. alt., Sang. ibidem* ut parui *Nonius* parui *Prisciani codd. p.* 789 (*nisi quod* parua *Bamb.*) *et Bong.* 801 faciantur *Sang. Prisciani p.* 801 faciantur *Halb. ibidem* **98** cum portet *Bamb.* ita ut eum oportet, libertatem q. s. *Bothius* **99** qui illum satiat *Bern.* qui illum sciat *ceteri libri* qui se illum sciat

Delícere et noctem fácere possit dé die.

IV (3)

Qui exácta aetate spónsa sit despónsa . . . .

V (1)

Quíd istuc est? aut quíd istic sibi uult sérmo? mater, délica.

VI (5)

Nunc hóc uror, núnc haec res mé facit festínem.

VII (7)

Qui 'Obsce et Volsce fábulantur: nám Latine nésciunt.

SETINA

I (3)

Ipsús quidem hercle dúcere eam sané neuult.

II (5)

Accéde ad sponsam audácter, uirgo núlla est tali' Sétiae.

item' e. q. s. (Quinto Mercerus) III Nonius 277, 16 'delicere est illicere. Titinius lib. V: quod' e. q. s. (titinnius Bas. turpilius Leid.) IV Nonius 439, 14 'dehinc promissa dicta uel parta uel sponsa dici potest ... Titinius Quinto: qui' e. q. s. (Diuortio Aldina) V Nonius 98, 8 'delica, explana, indica .... Titinius lib. V: quid' e. q. s. Idem 277, 24 'delica est aperi et explana. Titinius in Quinto: quid' e. q. s. VI Nonius 482, 31 'festinem pro festinantem. Titinius lib. V: nunc' e. q. s. VII Festus p. 189 M. 'Obscum duas diuersas et contrarias significationes habet. nam Cloatius putat eo uocabulo significari sacrum, quo etiam leges sacrae obscatae dicuntur. et in omnibus fere antiquis commentariis scribitur Opicum pro obsco, ut in Titini fabula quinta: qui' e. q. s. (Quinto Scaliger) Paulus p. 188 M. 'Opicum quoque inuenimus pro Osco — Titinnius: Obsce' e. q. s.
Setina I Nonius 144, 6 'neuult pro non uult.' II Nonius 227, 15

Hermannus l. l. 273 101 qui] cui *ed.* 1526, *fortasse recte: an* quae? sponso desponsata sit *Bothius* 102 aut istic *libri p.* 98 *Iambice, ut uulgus, descripsit etiam Hermannus l. l.* 272 103 *Composita cum baccheis dipodia iambica catalectica* hoc res me *W* me haec res *Hermannus l. l.* 273, *ut senarium efficeret* 105 ducere sane *libri. uel* ducere eam sane *cum Bothio, uel* ducere Sane *Hermannus l. l.* 273
106 sponsum *libri* audacter *Bothius* audaciter *libri* tali' Setiae *Junius in mg.* tali Setiae *libri*

III (inc. 3)

Metuo hércle, Caeso, né nimis stulte fécerim,
Qui ex tánta factióne eam sum ausus ádgredi.

IV (14)

Paulá mea, amabo! — Pól tuam ad laudem áddito
Praefíscini!

V (13)

An quía 'pol edepol' fábulare? — Edí medi!

VI (4)

. . . . quasi hérmafroditus fímbriatum fróntem
Gestás.

VII (6)

et quém colos cumátilis
Deceát

VIII (8)

Iám cum mulleis te óstendisti, quós tibi alis in cál-
ceos.

'tale positum pro talis.' III Nonius 304, 21 'factio iterum significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem. Titinius sediam metuo' e. q. s. (Setiua: metuo Mercerus) IV Charisius II p. 188 P. (126 L.) 'praefisciui; Titinius in Setina: Paula' e. q. s. 'Praeficiscini, ne puella fascinetur.' (Sentina cod., ed. pr. Explicandi causa uerba 'ne puella fascinetur' Charisium subiecisse monuit Gulielmius Veris. II 14, item Scaliger Cast. ad Fest. p. 148) V Charisius II p. 178 P. (117 L.) 'me dio fidio, per Iouem, aut fidem filiumue Iouis Herculem, quae iuratio propria uirorum est, ut feminarum edepol, ecastor, eiuno. Denique Titinius in Setina molliculum adulescentulum effeminate loquentem cum reprehendere magis uellet, An, inquit, quia' e. q. s. VI Nonius 204, 28 'frontem ... masculino Titinius Setina: quasi' e. q. s. VII Nonius 548, 10 'cumatilis aut marinus aut caeruleus, a Graeco tractum, quasi fluctuum similis; fluctus enim Graece cymata dicuntur.' (pumatilis W plumatilis W in mg. Bas. in mg.) VIII Festus p. 142 M. 'mulleos genus calceorum aiunt esse,

---

107 sed iam metuo *uulgo* Ceso *libri* 108 ex tanta factione atque opibus eam sum ausus *libri* eam tanta ex factione atque opibus ausus sum *Bothius trochaeis* ex tanta factione atque opibus illam sum ausus *Neukirchius* 109 *Personas distinxit Turnebus Aduers. XXVII* 23 Paúlla, amabo, mea *Hermannus l. l.* 274 pol tu ad *cod.* pollulam *Scaliger Castig. ad Fest. p.* 148 111 fabuláre Edí *Hermannus l. l.* 274 edi medi *edd.* edimediemini *cod.* 114 ecquem *Bothius* cumatilis *Bamb.* cumatius *ceteri libri* 116 mullis *Hermannus l. l.* 274 tibi alis in calceos *idem* tibiatis in calceos *cod.* tibiatim

IX (2)

itum géstum amictum
Quí uidebant éius

X (9)

Etsí tacebit, támen gaudebit síbi promitti iam óreas.

XI (17)

Vidístin Tiberim? — Vídi: qui illam dériuet, beáuerit
Agrúm Setinum.

XII (15)

státui statuam
Publícitus.

XIII (7)

quem procul aspéxit, [intro] inmíttier
Voluít: reuortit, quóniam catapulta áuolat.

XIV (16)

De aédi summa, quo áuolauit gállus gallináceus.

quibus reges Albanorum primi, deinde patricii sunt usi. M. Cato — — item Titinius in Seriana: iam' e. q. s. 'quos putant a mullando dictos ·i· suendo.' (Setina Aldina) IX Nonius 123, 10 'itum pro incessu. Titinius Setina: itum' e. q. s. (sedin Leid.) X Festus p. 182 M. 'oreae, freni quod ori inseruntur.' XI Seruius in Aen. XI 457 'ceterum illud incongruum est, Padusam feminino genere iuxta ueteres Padum dictum. Titinius in Setina: uidistin' e. q. s. XII Charisius II p. 190 P. (127 L.) 'publicitus ...' XIII Nonius 552, 13 'catapulta, iaculum celer uel sagitta ... Titinnius in Setina: quem' e. q. s. XIV Charisius II p. 192 P. (128 L.) 'quo procul: quo te Moeri pedes, an quo uia ducit? aut cui rei, ut dicas, quo prope est, ut eadem gratia Titinius in Setina: de aedi' e. q. s. 'non ex qua, nec e quo se-

calceas *Scaliger* 117 itu cestum *Leid.* *An* itum gestum Amíctum? 119 promittiore . . *cod. teste H. K.* tibi tamen gaudebit permitti oreas *Hermannus l. l.* 274 120 *Iterum post* uidi *mutari personam fingit Neukirchius* 124 quom *Palmerius l. l.* 782 quem cum *Bothius* adspexit procul *Bothius* intro *om. libri* inmittier *Bothius* inmitter *libri plerique* immittere *Bamb.* illum mittere *Neukirchius* 125 quoniam] quo *Bamb.* quom iam *Neukirchius* quasi cum *Bothius* auolat *Neukirchius* uolat *libri* euolat *Bothius* 126 aedis anima *ed. pr.* *De producta in* gallinaceus *antepenultima Lachmannus in Lucr.* 36

XV (1)

Sapiéntia gubernátor nauem tórquet, haut ualéntia:
Cocus mágnum ahenum, quándo feruit, paúla confutát trua.

XVI (11)

incénsus architéctonis

XVII (12)

Vérrite aedis, spárgite, munde fácite in suo quiqué loco ut sita sint.

XVIII (10)

lassitúdo
Conséruum, rediuiaé flagri!

TIBICINA

Vt híc legatus ábiit peregre públice

dit.' (setina cod. teste H. K.)   XV Nonius 19, 16 'truam ueteres a terendo, quam nos diminutiue trullam dicimus, appellari uoluerunt ... Titinius Setina [127. 128].' Idem 503, 3 'feruit pro feruet ... Titinius Setina: sapientia ... confutat auo cecum' (confutata uoce cum Bamb.) 'amentia rapior feruorque. Accius Meleagro [IX].' Idem 186, 24 'ualentia, fortitudo ... Titinius Sedin [127].' Idem 87, 13 'confutare est confundere uel committere. Varro ... idem lib. I. nius Sedina [128].' Idem 249, 19 'confutare, commouere. Titinius Setina [128].'

XVI Charisius I p. 98 P. (70 L.) 'architectonis. Titinnius in Setina: incensus architectonis' (sentina cod. teste H. K.)   XVII Charisius II p. 183 P. (121 L.) 'munde; Titinnius in Setina: uerrite' e. q. s.   XVIII Festus p. 270 M. 'rediuiam quidem alii reluuium appellant, cum circa unguis cutis se resoluit, quia luere est soluere.'

Tibicina Charisius II p. 189 P. (124 L.) 'peregre cum abit quis, dicimus in locum, ut Titinius in Tibicina: ut hic' e. q. s.

---

127 gubernator ... ualentia *om. W Leid. Bas. p.* 19   torquet nauem *libri p.* 19   haut *libri p.* 19 non *libri p.* 186 503   128 magnusn *libri p.* 87 magnus *libri p.* 19   aenum *libri p.* 19 249 503   paulo *libri p.* 19 aula *libri p.* 503   129 infensus architectoni *Stephanus* incensus architectoni *Bothius* in census architectonis *Neukirchius. Sed frustra in mutilata oratione laboratur*
130 spargite, munde *Ritschelius Mus. phil. IV* 575 spargite munde (mude *cod.*) *uulgo*   quique] *Cf. Lachmannus in Lucr.* 94 qsq, *cod. teste H. K.* quaeque *uulgo*, *quod non offendit Ritschelium comparantem Plauti Poen. V* 4, 5   133 hinc *Bothius*, *fortasse recte* abiit *idem* abit *cod.*

VARVS

I (3)

Aecúmst me habere: eos paúperem sumptú meo?

II (1)

toto fit ín foco
De lígnis mihi dapális cena . . .

III (2)

Lótilente! — Flócci fiet. — Cúli cultor! . . .

VELITERNA

I (11)

túnica et togula obúnctula
Adimétur, pannos póssidebit fétidos.

II (4)

uende thénsam ac mulos.
Síne eam pedibus iám grassari, cónfringe eius supérbiam.

III (2)

atque dúo postica, quaé loco
Mercéde

Varus De Barro cogitauit Bothius (cf. Barratus). I Nonius 157, 11 'pauperauit, id est pauperem fecit ..... Titinius Priuigna ... idem Varro: aecum est' e. q. s. (Varo ed. 1526) II Nonius 95, 4 'dapalis cena est amplis dapibus plena. Titinius Varro: toto' e. q. s. III Nonius 131, 34 'lotiolente dictum ueluti lutulente a lotio. Titinius Varro: lotiolente' e. q. s.

Veliterna I Nonius 536, 18 'tunica est uestimentum sine manicis.' Cf. Turpil. Het. I II Nonius 316, 2 'grassari etiam dicimus ambulare.' III Nonius 217, 19 'posticam feminino genere consuetudine appellamus ... Titinius neutro in Veliterna dici probat: atque' e. q. s.

---

134 aecum est *libri* habere, quos meo sumptu pauperem *Ritschelius Parerg. I* 28 habere quos pauperem sumptu meo *Lipsius Epist. quaest. III* 15 135 *sq. Numeros definiuit Hermannus l. l.* 274 136 mihi *ante Mercerum* in *libri* delingens indapalis cena *susp. Bothius* 137 lotiolente *libri* culei *uel* culi cultor *Neukirchius* et cularcultor *libri* et gulae cultor *Turnebus* et cuculator *ante Mercerum* et circulator *Junius* culus ultro *Bothius Cf. Plauti Pseud. I* 3, 125 *sqq.* 138 togula *Junius in mg.* cogula *libri* obunctula *Junius in mg.* obuntula *libri* obuncula *uulgo* 140 ac *Bothius* atque *libri* 141 sine me eam Pedibús *Hermannus l. l.* 275 sinito eam Pedibús *Bothius* sineque eam P. *Neukirchius* iam *om. libri* confringe *Mercerus* confingere *libri*

IV (7)

Atque íllud ante pártum comedet, fúndi stabunt séntibus.

V (6)

ergo óccupa
Forás exire, fóris ut praesit línteum.

VI (1)

. quot pestis, sénia et iurgia ássae semet aédibus
'Emigrarunt

VII (9)

'Omnium uitium húnc expertem, cónsili plenúm praehibui.

VIII (10)

habuí recte disértim

IX (8)

Id ego aúcupaui, plénas auris ádfero.

X (3)

. fortasse uótum fuisse quó die libér foret:
Núnc eius uoti cóndemnatust, ímmolauit hóstiam.

XI (5)

Hódie hostis fugáuit, spolia plácide posteriús leget.

IV Nonius 391, 20 'stare iterum horrere significat.' V Nonius 355, 6 'occupare est proprie praeuenire ... Titinius Veliterna: ergo' e. q. s. VI Nonius 2, 18 'senium ...' VII Nonius 495, 14 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali ... Titinius Veliterna: omnium' e. q. s. VIII Nonius 509, 25 'disertim dicere plane, palam Lucilio auctore possumus in Veliterna: h. r. d.' (Lucio Bamb. Cecilio ed. princ. Titinio Bentinus) IX Nonius 467, 10 'aucupaui, actiuum positum pro passiuo.' X Nonius 277, 3 'damnare et condemnare pro liberare positum est.' XI Nonius 332, 4 'legere rursum colligere.'

---

146 foris *Geneu. Bas.* foras *ceteri libri* ut pressit *Geneu.* 147 quot *ed.* 1526 quod *libri* iurgia sesemet diebus *libri* iurgia sese meis aedibus *Mercerus* iurgia semet aedibus *Bothius unum uersum continuans* *Vel* iurgia sesemet emigrarunt Ex aédibus *uel ut in praef. Trin. p. IX coniectum erat* iurgia sese aedibus emigrárunt *Hermannus l. l.* 275. *Possis etiam* iurgia emigrarunt semet aedibus *uel* iurgia assidua semet aedibus || . . . emigrarunt 149 uitium expertem *libri* me uitium expertem *Bothius* 2 consili *Bothius* consilii *libri* praehibui *Bothius* 2 prohibui *libri* 150 *An*: hábui Recté disertim? 152 *sq. Numeros restituit Hermannus l. l.* 275 uotum eum fecisse *Neukirchius praeeunte* fecisse *Palmerio Spicileg. ap. Grut. IV* 648 153 condemnatust *idem* condemnatus est *libri*

VLVBRANA

Laudór quod osculáui priuignaé caput.

EX INCERTIS FABVLIS

I (13)

Béne cum facimus, tám male subimus, út quidam perhibént uiri.

II (14)

Quamquam éstis nihili, tám ecastor simúl uobis consúlui.

III (20)

. . . . quód rogas, néminem
Decét bonam.

IV (19)

. . uelim ego osse aráre campum céreum

Vlubrana Nonius 476, 31 'osculaui. Titinius Ilarubra: laudor' e. q. s. (Hibrubra ed. pr. Vlubrana Mommsenus de dialectis Italiae inf. p. 319 De Insubra ipse cogitaueram. Illecebra Bothius Veliterna Junius Priuigna Neukirchius

Ex inc. fab. I II Festus p. 360 M. 'at antiqui tam etiam pro tamen usi sunt — — Titinius: [I] item [II].' Cf. Gemin. XIV sq. III Priscianus VI 3 p. 683 P. (I 228 K.) 'nemo quoque siue ex hoc' (homo) 'compositum, ut quibusdam uidetur, seu non, communis est generis, et similiter o in i conuertit in genetiuo ut nemo neminis' (an: homo hominis?) 'Lucilius in XXX: neminis ingenio quemquam confidere oportet. Plautus in Captiuis: neminis misereri certum ... Titinnius: quod' e. q. s. 'Terentius in Andria: hoc ego scio unum, neminem peperisse hic.'

IV Charisius I p. 40 P. (30 L.) 'ab hoc osse, huius ossis. Sic enim debet declinari, non ab hoc osso, sicut Varrus dixit: osse scribebant; et Ennius: uelim' e. q. s. Idem I p. 112 P. (79 L.) 'os monosyllaba extra analogiam esse Plinius eodem libro sexto scribit, et addit eo magis consuetudinem in eo esse retinendam. Titinius: uelim' e. q. s.

---

155 priuignae *edd.* priuigne *libri*, *nisi quod* prouigne *Bamb.* 156 subimus *cod.*, *i. e.* subamus, *ni fallor* sapimus *Bothius* cupimus *O. Muellerus* audimus *Lipsius Epist. qu. III* 20 quidem *Lipsius* 157 ecastor *Augustinus in mg.* escator *cod.* écastór simul Vobís *uulgo* 158 quod *corr. in* quid *Vind.* quid, *sup. m. alt.* ł quod, *Sang.* quid *Grut.* neminem *corr. m. alt. ex* nominem *Bong.* 159 dicet (e *sup.*) *Reg.* docet *Vat.* bonam (am *m. alt. in ras.*) *Bong.* bonū, ū *corr. in* ā, *Vind.* bonum *Grut. Barb.* *In numeris, quos equidem creticos cum iambis compositos statui, multa possunt templari*

V (17)

mírior,
Inquám, tibi uideor?

VI (1)

. . . . lenti cálido, eluella et rápula,
Rúmice

VII (7)

Obstrúdulenti da áliquid, quo pectám sedens:
Haut lúculentust, éra, fornaster frígidus.

VIII (4)

quín togis cum cándidis,
Túnicis sordidís syntheticis . . . .

IX (16)

si erít tibi
Cantándum, facito usque éxuibrisses . . .

X (12)

Féminina fábulare súccrotilla uócula.

XI (2)

. . . caue! expórge frontem, lábea semper fácito
rictus.

Cf. Attae Satura V Paulus Festi p. 123 M. 'mirior dicebant comparatiuum a miro. Titinnius: mirior' e. q. s. VI Nonius 210, 4 'lentem consuetudo feminino genere dici uult . . . masculino Titinius: lenti' e. q. s. VII Festus p. 193 M. 'obstrudant, obsatullent, ab auide truendo in gulam, non sumendo cibum. Vnde et obstrudulentum . . . . dixit Titinius: obstrudulenti' e. q. s. VIII Nonius 536, 23 'tunica est uestimentum sine manicis . . . Titinius: quin' e. q. s. (Titinius Quinto: togis Neukirchius, fortasse recte) IX Paulus Festi p. 370 M. 'uibrissare est uocem in cantando crispare. Titinnius: si erit' e. q. s. X Festus p. 301 M. '[succrotilla] tenuis diceba[tur et alta uox.] Titinnius in . . . . . . [feminina] fabulare succro[tilla uocula. Afra]nius' e. q. s. Paulus p. 300 M. 'succrotilla uox, tenuis et alta. Titinnius: feminina s. u.' XI Nonius 221, 15 'rictus generis est masculini. Titinius: caue' e. q. s. Idem 456, 1

---

163 eluelletrapula *W* eluella trapula *Leid.* eluella rapula *Scaliger Castig. ad Fest.* 118 eluta alica *Bothius* 164 romice *Leid.* romicae *celeri libri* rumici *Junius* rumices *Scaliger* 165 *sq. Sic Hermannus l. l.* 276 *admodum ingeniose.* obstrudulenti aliquid quod p. s. aut luculentaster aut formaster frigidus *cod.* 168 syntheticis *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 779 sint et dicis *libri* 169 *sq. Numeros definiuit Hermannus l. l.* 276 172 excorde *libri p.* 456 labeat *libri*

XII (15)

tentipéllium
Indúitur, rugae in óre extenduntúr . .

XIII (9)

. . . . hominem ímprobum! nunc rúri pergraecátur.

XIV (8)

. . . . rús detrudétur
Pedícosus, squálidus

XV (11)

Quid habés nisi unam arcám sine claui? eó condis sucérdas.

XVI (21)

Lúcius
Domum sé capessit.

XVII (18)

Haec quidém quasi Osculána pugna est, haú secus,

'rictum ferarum dici nolunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere: caue' e. q. s. (Titinius Caeco: exporge coni. Neukirchius)
XII Festus p. 364 M. 'tentipellium Artorius putat esse calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur — — Titinium ait Verrius existimare, id medicamentum esse, quo rugae extendantur, quom dicat: tentipellium' e. q. s. 'quom ille τροπικῶς dixerit.' τετάνωθρον esse monuit Scaliger Coni. in Varr. p. 138 XIII Paulus Festi p. 215 M. 'pergraecari est epulis et potationibus inseruire. Titinnius: hominem' e. q. s. XIV Festus p. 210 M. 'pedibus obsitum, id est pediculis, Titinius pedicosum appellat hoc modo: rus detrudetur pedicosus, squalidus — — et Lucilius: ubi me uidit, caput scabit, pedes legit.' Paulus p. 211 M. 'pedes .... ab his pedicosi appellantur, ut est illud: pedicosus squalidus ubi me uidit' e. q. s. XV Festus p. 302 M. '[sucerd]ae stercus su[illum dicitur] ..... us: simus [sucerdae. Titinius: q]uid habes, nisi [unam arcam sine cla]ueo condis [sucerdas].' Paulus p. 303 M. 'sucerda stercus suillum. Titinnius: quid' e. q. s. XVI Seruius in Aen. IV 346 'quidam capessere pro ire accipiunt, ut Titinius: Lucius' e. q. s. XVII Festus p. 197 M. 'Osculana pugna in prouerbio, quo significabatur uictos uincere, quia

---

p. 456 habeat *libri p.* 221 ne habeat *Hermannus l. l.* lateat *Neukirchius* facito *Junius* facto *libri* 174 inducitur *cod.* inducis *uulgo* rugae in ore extenduntur *pro glossemate habet Forcellinus* 176 paedidosus *Scaliger in Varr. de re rust. p.* 208 pědĭculosus *Neukirchius, ut scilicet senarium efficerent* 178 claui eo *Paulus* ... ueo *Festi cod. teste H. K.* 181 Asculana *Turnebus Aduers. III* 11 hau] *trium literarum spatium in cod.* non *Scaliger*

Quia quí fugere pólsi, hinc spolia cólligunt.

XVIII (5)

Paulus Festi p. 58 M. 'cocum et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Naeuius [inc. fab. XIV]. Camensem cursorem Titinnius pro pistore dixit.' Seruum pistorem qui camo indutus molam currendo uelut Cannensis cursor circumagat intellego. Canensem a cane, uinculi genere, Meursius commensem a mensa, quod in libro ms. inuenerit comensem, Barthius Adu. XLI 8 Cannensem Scaliger canentem Neukirchius. De mutandis pro pistore uerbis in praepostere uel praepetiorem uel properiorem uel pro praestante temere cogitarunt

XIX (6)

Paulus Festi p. 139 M. 'Moracias nuces Titinnius duras esse ait, unde fit diminutiuum moracillum.' (moraculas Bothius)

XX

Priscianus XV 3 p. 1010 P. (I 621 K.) 'seueriter pro seuere. Titinnius in Procilia [I] idem blanditer benigniter.'

XXI

Horatius Epist. I 13, 14 'sic positum seruabis onus, ne forte sub ala Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum, Vt uinosa glomus furtiuae Pyrrhia lanae.' (pyrria Dess. e Gott. a Lips. ab pirria Rudolst. Dess. a b Lips. c Berol. a Goth. piria Guelf.) Comm. Cruq. 'Pyrrhia nomen est ancillae in quadam fabula Titinii, quae furata lanae glomus ita gestauit, ut deprehensa sit.' Cf. Procilia

in eadem et Valerius Laeuinus imperator Ro. a Pyrrho erat uictus, ét breui eundem regem deuicerat Sulpicius .... item imperator noster. eius rei meminit Titinius hoc modo: haec quidem' e. q. s. Cf. Velit. XI

---

182 qui *Bothius* in *cod.* in fuga repulsi *Lindemannus* colligunt *Scaliger* colligant *cod.*

XXII

Serenus Samonicus de re med. 1044 'praeterea si forte premit strix atra puellos, Virosa inmulgens exertis ubera labris, Alia praecepit Titini sententia necti, Qui ueteri claras expressit more togatas.'

T. QVINCTIVS ATTA

AEDILICIA

I (2)

Datúrin estis aúrum? exultat plánipes.

II (1)

Sed sí pepugero, métuet . . . . .

AQVAE CALDAE

I

. cúm meretrice nóstro ornatu pér uias lupántur.

II

. . atque ita múginantur hódie, at ego iam occlúsero
Fóntem.

CONCILIATRIX

. . . ursum sé memordisse aútumat.

Attae Aedilicia I Diomedes III p. 487 P. (453 G.) 'cuius planipedis Atta togatarum scriptor ita in Aedilitia fabula meminit: daturin' e. q. s. (actagotarum Paris. 7494) II Gellius VI (VII) 9, 10 'pepugero aeque Atta in Aedilicia dicit: sed si p. m.'

Aquae caldae I Nonius 133, 12 'lupari, ut scortari uel prostitui. Atta Atquis calis: cum' e. q. s. (turpilius acta Leid. Cf. Jahnii Ann. phil. LXIX 37 acta Bamb. Aquis caldis Mercerus) II Nonius 139, 5 'muginari, murmurare ... Atta quis caldis: atque' e. q. s.

Conciliatrix I Nonius 140, 22 'memordi peposci pepugi spepondi in ueteribus lecta sunt. Accius in honiliaatrice: ursum' e. q. s.

---

2 datur inest scaurum *Paris.* 7494 dat˘ in ē isairψ *Monac.* daturi si estis aurum *Hermannus l. l.* 255 2 sed] sus *Rott.* 3 metrice *Bamb.* meretrice e *ceteri libri* meretrices *Mercerus*, *Hermannus l. l.* 276 *An:* uias Lupántur? 4 ita *Junius in mg.* eta *W* eia *ceteri libri* ea *ed.* 1526 etiam *Bothius*, *Hermannus l. l.* 277 atque ego *libri* usque atque *Hermannus* iam *om. libri* occlusero fontem *ante Mercerum* oculsero fontem (fonte me *Leid.*) *libri* fontem occlusero *Bothius*, *Hermannus* 6 me mordisse ap u tumat *Rott. Gellii*

GRATVLATIO

Nílne te populí ueretur, quí uociferere ín uia?

LVCVBRATIO

. . . cum prímo luci hódie ut exornáta sit,
'Atque ut auspicétis [hodie], crás est communís dies.

MATERTERA

Porphyrio ad Horatii Epist. II 1, 80: recte necne crocum floresque perambulet Attae Fabula] 'Atta togatarum scriptor in fabula, quae inscribitur Materterae, ita florum genera enumerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem.' Comm. Cruq. 'quae inscribitur Matertera, recte necne perambulet crocum floresque, id est in scenam recepta sit, quae floribus et croco spargitur.'

MEGALENSIA

Nempe áderat sinus ápud mensam, ubi sermó solet
Suboríri seditiósus.

(Atta in Conciliatrice Lud. Carrio emend. I 14) Gellius VI (VII) 9, 8 'sed Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit ... item Atta in Conciliatrice: ursum' e. q. s. (acta Vat. Reg. c̄ciali tice atc̃e Rott.)

Gratulatio Nonius 496, 32 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet .... Acta Gratulatione: nihilne' e. q. s.

Lucubratio Nonius 468, 23 'auspicaui pro auspicatus sum ... Acta Lucubratione: cum primo' e. q. s.

Megalensia Schol. Veron. in Verg. Ecl. 7, 33 'sinum ergo uas patulum, *quod et masculine* sinus uocitatum, hic autem sinum lactis uas quodcumque lacte onustum. Varro — — Atta [in Megarensibus nempe ... sinus apud mensam] ubi' e. q. s. Vncis inclusa Keilius legere non potuit. Seruius in l. l. 'sinus genus est uasis, quod cum significamus, si producitur: cum uero gremium significamus, si corripimus. Varro ... Atta in Megalensibus: nempe' e. q. s.

---

7 nihilne *libri* 9 hodie *om. libri* cōmunis *Bamb.* conmunis *ceteri libri* luci ut exornata hodie siet Atque auspicetis *Bothius* 2 *Senarii cui placent, habeat hos:* cum primo luci illa hódie ut exornáta sit, Atque aúspicetis: cras est c. d. 10 nempe . . . sinus apud mensam *Schol. Veron.* nempe ad mensam *Seruius* sermo de sinu solet *Seruius* 11 seditiosus *om. Seruius* némpe ad mensam, ubi sérmo de sinú solet Suboríri *Hermannus l. l.* 277

SATVRA

uertamus uómerem
In céram, an mucrone úmquam aremus ósseo?

SOCRVS

Ad hánc fortunam accéssit fortuna eí paris.

SVPPLICATIO

Nucém Graecam . . . fauúmque adde quántum
Libét

TIRO PROFICISCENS

. . . pater uílicatur tuús: iam mater uílica est.

EX INCERTIS FABVLIS

I (1)

Annúm nouum uoluérunt esse prímum mensem Már-
tium.

II (2)

maiores Mártium

Satura Excerpta ex gloss. uet. in A. Mai auct. class. VI p. 578 'postea institutum ut in cera ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satura dicens: uertamus' e. q. s. Isidorus Orig. VI 9 'ceram ferro ne caedito. Postea institutum est ut ceram ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satyra dicens: uertamus' e. q. s.

Socrus Priscianus VII 12 p. 764 P. (I 335 K.) 'paris pro par. Ata in Socru: ad' e. q. s. (Atta, t sup. m. alt., Halb. Reg. ata, eras. i, ut uid., Bong. ita Barb. Erl. a idem Grut. Sang.)

Supplicatio Macrobius Sat. III 18, 8 (II 14) 'nux Graeca haec est, quae et amygdale dicitur. Sed et Thasia eadem nux uocatur . . . Atta uero in Supplicatione: nucem Graecam, ait, fauumque' e. q. s. (Acta Salisb.)

Tiro proficiscens Priscianus VIII 14 p. 828 P. (I 416 K.) 'a uilico etiam uilico uel uilicor dicebant antiqui . . . Atta in Tirone proficiscente: pater' e. q. s. (tyrone Reg. Tyrone Halb.)

Ex inc. fab. I II Seruius in Georg. I 43 'et sciendum decem tan-

12 uomeres *Excerpta* in uomerem *Isidori Gu. b* 13 an mucrone umquam] uero neque *Excerpta* mucroneque *Isidorus* *Minus placebunt:* uertámus uomerem in ceram aut mucróne aremus ósseo 14 furtunam *Grut. Sang.* accesit *Grut.* fortuna ei *Bothius* ei fortuna (furtuna *Grut.*) *libri* 15 *sq. Baccheos posuit Hermannus l. l.* 277 17 pater Víllicatur *Hermannus l. l. cum ceteris* uilicatur *Grut. Sang. Bamb. Barb.* uilicator *Reg. Bong.* uillicatur *uulgo* uilica *Grut. Sang. Reg. Bamb. Barb.*, *alii Krehliani* uilicata (ta *add. m. alt.*) *Bong.* uillicata *uulgo*

Prímum habuerunt.

III

. . populo flúctus caecos fáciunt per discórdiam.

IV

. . meam in penúm componam sátius est.

V

tum germanás meas
Vespéra oriente clánculum ferri ád specum: inde leno —

VI (3)

Festus p. 238 M. 'pueri im[puberes tantum sunt, itaque ab]utitur Atta [eo nomine . . . .] uersibus docet . . . . . .'

L. AFRANIVS

ABDVCTA

I (1)

Quam sénticosa uérba pertorquét . .

tum menses fuisse apud maiores. Martium autem anni principium habere uoluerunt . . . Atta [I] et alibi [II]' III Excerpta ex Ms. Oxon. de rer. nat. p. 382 M. 'caecus fluctus tumens' (ita H. Langensiepen Mus. phil. V 247 'tamen' cod.) 'necdum tamen canus, de quo Atta in togata sic ait: populo' e. q. s. (Atta Gronouius aota cod.) IV Nonius 219, 28 'penus generis feminini. Lucilius: magna penus per nos spatio consumpta peribit. Masculini Pomponius Dogali unum penum quae omnem ceterum aliam praeberem penum. Nouius Dofacta meam penum conponam satius est.' (Nouius Dotata: ceterum aliam praeberem penum. Atta: meum in Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV 770) V Nonius 231, 21 'uespera feminino. Opta tum germanus' e. q. s. (Atta Mercerus Oppius Junius Turpilius Dotata Scaliger Coni. in Varr. 128)

Afrani Abducta I Festus p. 339 M. 'sentes cum constet esse spinas, et Afranius in Abducta dixerit: quam senticosa' e. q. s. 'pro spi-

---

21 illi in populo *Langensiepenus* fluctus *Langensiepenus* fluctos *cod.* **22** meam in penum *Mercerus* mea in penum *libri plerique* meam penum *corr. ut sit* mea impenum *W et* mea in penum *Leid.*

23 germanas *Junius* germanus *libri* manus *Scaliger* **24** ad speciem delino *libri* ad specum destino *Junius in mg.* ad speciem declino *Scaliger*

1 senticose *Hermannus l. l.* 278 pertorquet turba *Festi cod. et Paulus* pertorquet tua *Hermannus. Sed uidetur* turba *antecedentis* uer-

II (3)

Dispártiantur páriter . . . bona

III (2)

Néscis, Numeri, me ómnem melius rém callere quám uolo.

AEQVALES

I

'Iste, ut tu rem nárras, tua bona híc comest cotídie.

II

Charisius II p. 214 P. (144 L.) 'spattaro; Afranius in Aequalibus, quam uocem frequenter apud eum positam ait Paulus ἐξουθενισμοῦ uim sensumque sufferre.' De Paulo, quem esse Iulium Paulum a Gellio laudatum non nulli ferunt, egit M. Hertzius in Bergkii Diar. 1845 p. 396

AVCTIO

I (1)

Simul límen intrabo, ílli extrabunt ílico.

II (3)

. adeste, si híc absente nóbis uaenierít puer.

nosis accipi debet.' Paulus p. 338 M. 'sentes, spinae. Afranius: quam' e. q. s. 'hoc est spinosa.' II Nonius 375, 1 'pariter, ex aequo ... Afranius Abducta: dispartiantur p. b. pariter, conuenienter.' III Nonius 257, 31 'callet significat scit, hoc est calliditate, quae est urbana scientia ... Afranius Abducta: nescis' e. q. s.

Aequales I Nonius 81, 16 'comest pro comedit ..... Afranius Aequalibus: iste' e. q. s.

Auctio I Nonius 104, 20 'extrabunt pro exibunt. Afranius Auctione: simul' e. q. s. (actione W) II Nonius 76, 20 'absente nobis et praesente nobis pro praesentibus et absentibus nobis ... Afranius Auctione:

---

ba *dittographia esse: an* quam senticósa Pertórquet uerba? 2 pariter] patris *libri* pariliter patris *Bothius* 1 tum patris pariter *Bothius* 2 *An* patria iam pariter? 3 mei omnem melius calli rem *libri* rem mei omnem melius callent *Bothius* et rem meam omnes m. c. *idem* 2 mei omnes melius callent hanc rem *Hermannus l. l.* 277 4 narres *W* tua *om. libri* bona *Mercerus* dona *libri* comes hic *libri* comest hic *edd.* iste ut tú rem n. bóna comest quotidie hic *Hermannus l. l.* 278 6 adeste *I. V. Franckius* adest *libri* hic *Mercerus* hac *libri* inuenierit *W* uenierit *ceteri* puerit *Leid.*

III (2)

Haut fácul, ut ait Pacúuius, femina úna inuenietúr bona.

AVGVR

I

Modo póstquam adripuit rábies hunc nostrum aúgurem,
Mare caélum terram rúere ac tremere díceres.

II (3)

Quamquám non istis éxercetur ín locis
Hic nóster, delabórat cum puerá statim.

III (4)

Hic haéret, haut clamór oritur, sed spíritu' firmiter ínstat.

IV (2)

. . quid est istuc? té blaterare atque óbloqui?

V (1)

. . et falláci aspectu páries pictus pútidus

BRVNDISINAE

I (1)

Quis tám sagaci córde atque ingenio único —?

adeste' e. q. s. III Nonius 111, 21 'facul pro faciliter .... Afranius Auctione: aut' e. q s. (Actione W)

Augur I Probus in Verg. Ecl. VI 31 p. 20 K. 'plane trinam esse mundi originem et Lucretius confitetur dicens ... Afranius etiam in Augure: modo' e. q. s. II Nonius 393, 14 'statim producta prima syllaba a stando, perseueranter et aequaliter significat .... Afranius Augure: quamquam' e. q. s. III Nonius 512, 22 'firmiter pro firme ... Afranius Augure: hoc heret' e. q. s. IV Nonius 78, 32 'blaterare, confingere per mendacia.' V Nonius 152, 28 'putidum, putre .... Afranius Augurius: et' e. q. s. (Auguribus ed. 1526)

Brundisinae Donatus de comoed. 'omnium autem comoediarum scripta ex quattuor rebus omnino sumuntur, nomine loco facto euentu: no-

---

7 haut *Lachmannus in Lucr. III* 400 aut *libri* haud *ed.* 1526 una *Lachmannus, om. libri* femina 'Inuenitur *Hermannus l. l.* 278 8 adrepuit *Paris.* *Cf. Schneidewinus Mus. phil. IV* 146 11 puera *Ritschelius de fictil.* 14 puer *libri* 12 *Anapaestos agnouit Neukirchius, probauit Hermannus l. l.* 278 ' hoc heret ut aut *libri plerique* hoc heret ut haud *Bamb.* hic haeret, utut *Neukirchius* spiritu' *Neukirchius* spiritum *libri* 14 partes *Leid.*

II (3)

'Equidem nunc resipíui, postquam péctus est laetítia onustum.

III (2)

'Immo iam dudum ócculuisse, dégulasse opórtuit.

IV (4)

. . in parte ínferiore hic ínplicabatúr caput.

BVCCO ADOPTATVS

Iéientare núlla inuitat

CINERARIVS

I (2)

. Séxte frater, sálue: quom saluús uenis
Meliúsque est tibi . . . gratulór deis.

mine, ut Phormio Hecyra Curculio Epidicus, loco, ut Andria Leucadia Brundusina' e. q. s. Vnde proficiscendum in constituenda inscriptione ratus Neukirchius ceteros auctores nihili habuit I Festus p. 321 M. 'sagaces appellantur multi ac sollertis acuminis. Afranius in Brundisina: quis' e. q. s. II Priscianus X 2 p. 879 P. (I 477 K.) 'sapio tam sapiui uel sapii quam sapui protulisse auctores inueniuntur .... Caper utrumque in usu esse ostendit. Afranius in Brundisinis: equidem' e. q. s. (Brundisinis Grut. Halb. Barb., om. Sang. brund$\overset{t}{e}$sinis corr. m. alt. Bong. brudi$\overset{s}{n}$i$\overset{n}{s}$is Reg. Brundusinis uulgo) III Nonius 97, 29 'degulasse est gulae dedisse. Afranius Brundisini: immo' e. q. s. (Brundisinis ed. 1526) IV Nonius 123, 14 'inplicare positum pro ornare. Afranius Brumdisio: in parte' e. q. s.
Bucco adoptatus Nonius 126, 10 'iecientare.' (ita Bamb. Leid. Turic. ientare uulgo) 'Afranius Buccone adoptato' ('adoptatio' Bamb.): 'i. n. i. Plautus Curculione: quid antepones Veneri ieientaculi?' (ita Bamb. 'ientaculi' uulgo) 'Afranius Crimine [III]. Varro Marcipore: ut eat ac rem publicam administret, quod pulli ientent.' Pomponio nostra reddenda censet Neukirchius p. 168, cui accessit Ritschelius Parerg. I 134
Cinerarius I Priscianus VIII 8 p. 804 P. (I 387 K.) 'gratulor, gaudeo pariter cum alio et gratias ago. Afranius in Cinerario: Sexte'

16 resipiui *Grut.* resip≡ui (*eras.* i) *Reg.* resipui *uulgo* laetitiae *Reg.* l$\overset{t}{t}$icia *Bong.* ħonustum *Reg.* honustum *Bamb. Bong.* 17 hoccubuisse *libri* occubuisse *edd.* obbibisse *coni. Mercerus* 18 in *om. Neukirchius* 19 ieientare *Bamb. Leid. Turic.* ientare *uulgo* 20 Sexte frater mi *libri* frater mi Sexte *Bothius* Sexte o frater mi *J. V. Franckius* cum *Priscianus* quod *Nonius* 21 meliusque tibi est *Putschius* meliusque est *libri Prisc.*, *nisi quod* quạe *Bong.*, *et* est *abras. in Halb.* melius est *Nonius* d$\overset{i}{ı}$s *Reg. Prisc.* diis *ceteri. Ante* dis *una fort. lit. abrasa in Halb.*

II (1)

Id mé celabat. — Cúccuru

III

alius ést Amor,
Aliús Cupido.

COMPITALIA

I (2)

. . . fateor, súmpsi non ab illó modo,
Sed út quisque habuit cónueniret quód mihi,
Quod mé non posse mélius facere crédidi,
Etiam á Latino.

II (5)

Teréntio non símilem dices quémpiam.

III (1)

. . . . ut quícquid loquitur, sál merum est!

e. q. s. Nonius 116, 33 'gratulari, gratias agere .... Afranius Cinerario: quod saluus' e. q. s. II Charisius II p. 214 P. (143 P.) 'cuccuru;' (cu^{c}curu cod. teste H. K.) 'Afranius in Cinerario: id me c. e. An nomen est, ut ueru genu?' III Seruius in Aen. IV 194 'cupidinem ueteres inmoderatum amorem dicebant. Afranius Neraria: alius' e. q. s. '[Omen I]' (Cinerario Vossius, probauit Hermannus l. l. 278. Sed Ritschelio Mus. phil. IV 576 sq. totus locus sic corrigendus uidetur: 'cupidinem ueteres immoderatum amorem dicebant. nam alius est amor, alius cupido. Afranius enim contraria' (ñ c̄traria) 'posuit: amant sapientes, cupiunt ceteri. et Plautus', nisi forte ex margine interpolamenta irrepserint)

Compitalia Prologo desumpta I II III, ut iam Neukirchius monuit I Macrobius Sat. VI 1, 4 'Afranius enim togatarum scriptor in ea togata, quae Compitalia inscribitur, non inuerecunde respondens arguentibus, quod plura sumpsisset a Menandro: fateor, inquit, sumpsi' e. q. s. II Suetonius vitae Terenti c. 5 'hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert scribens in Compitalibus: Terentio' e. q. s. III Priscianus V 8 p. 659 P. (I 197 K.) 'hic et hoc sal ... Afranius in Com-

---

Versum explere possis addito nunc tecum 22 cu^{c}curu *cod. teste H. K.* cucuru *ed. pr.* 25 illo modo *Angl. Salisb. Med. a b c* illo solo modo *Paris. a (saec. XI, ceteris sane antiquior)*, *nec displicebat Hermanno l. l.* 279 ab illo non sumpsi modo *proposuit Janus frustra laborans in uersu* 26 conueniret quod *Bothius* quod conueniret *libri* quod conueniebat *Hermannus* 27 quod me *Bothius* quodque me *libri* 28 ab *Hermannus* 30 ut quid *Grut.* Et qu^{v}od [cq'd] (*corr. m. alt.*) *Barb.*

IV (3)

[Ego] sí non uerear, némo uereatúr tui.

V (4)

Praetérea nunc corpús meum piláre primum coépit.

CONSOBRINI

I (4)

Hem istó parentum est uíta uilis líberis,
Vbi málunt metui quám uereri se áb suis.

II (2)

Pol mágis istius témulentae fúttilis

III (5)

Scis hábitum ita ut nunc óbtinet. — Praefíscine!

IV

cúm mithris calaúticis

V (1)

Nón sum apud me. — Hem léntus lente quaé rogabo . . .

pitalibus: ut' e. q. s. (competalibus Sang. Grut. Barb.) IV Nonius 496, 25 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus: si' e. q. s. V Nonius 39, 25 'pilare dictum est, ut plumare, pilis uestiri. Afranius Compitalibus: praeterea' e. q. s.

Consobrini Nonius 557, 15 'consobrini ex duabus editi sororibus. De quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus et maxime in Afranio et iuris uetustissimis scriptoribus.' I Gellius XV 13, 3 'utor et uereor et hortor et consolor communia uerba sunt, ac dici utroqueuersus possunt: uereor te et uereor abs te ... Afranius in Consobrinis: hem' e. q. s. 'hic uereri ex ea parte dictum est, qua est non usitatior.' (consolobrinis Voss. Magl. Reg.) II Festus p. 364 M. 'temetum uinum: — temeti — — temulentum — temulentas — Afranius in Consobrinis: pol' e. q. s. III Charisius II p. 189 P. (126 L.) 'praefiscine; Afranius in Consobrinis: scis' e. q. s. 'per e, non per i.' (Consubrinis cod.) IV Schol. Bobiens. in Cic. p. 336 Or. 'calautica] ornamenti genus, quo feminae capita uelabant, hoc nomine ferebatur. Et Afranius meminit in Consobrinis ita dicens: cum mithris calauticis. Impudico igitur habitu erubescendi decoris quaedam figura describitur.' V Charisius II p. 183 P. (120 L.) 'lentè; Afranius in Consobrinis: non'

---

31 ego *om. libri* uereare *Mercerus* 33 hemusto *Paris.* uita uilis *Lipsius Var. lect. II* 28 uitabilis *Petau. Lugd. Germ. Magl. Voss. Paris. Reg.* 34 malunt me cuiq (a suprascr.) *Lugd.* uereri se] uerisse *Voss.* ab] a *Germ. Lugd.* 35 futilis *cod.* 38 *Responsi signum* R *extat in cod.*

VI

. . . . uaha, retinét nunc linguam mórdicus.

CRIMEN

I (2)

. . . . . . órbitatem tuaé senectutí malam
Metuí, quod in solúm non uenit caéco ac dementí tibi.

II (1)

Quós inpune dépopulatur díspolatur dédecus

III

Haéc ieiuna iéientauit.

DEDITIO

. . . . quía quadrati súnt sagi . . . .

DEPOSITVM

dí sunt iratí tibi,
Qui cónciere cógites tantúm mali.

e. q. s. (Consubrinis cod., ed. pr.) VI Charisius II p. 184 P. (121 L.) 'mordicus; Afranius in Consobrinis: uaha' e. q. s. (Consubrinis cod.)

Crimen I Nonius 124, 17 'insolum, insolitum.' II Nonius 480, 12 'spolor pro spolior. Afranius Crimine: quos' e. q. s. 'Quadrigarius annali: ita per sexennium ... agrum Campanum ... expolabatur.' ('spolabatur' Bamb.) Sed fefellit Nonium opinio, qui potius polor etymon ponere debebat, unde et 'interpolare' et 'dispolatur et 'expolabatur' originem ducere uidentur III Nonius 126, 13 'ieientare. Afranius Buccone adoptato ... Afranius Crimine: haec i. i.'

Deditio Charisius I p. 81 P. (59 L.) 'saga neutro genere dicitur, sed Afranius in Deditione masculine dixit: quod q. s. s.' Gramm. inc. de gen. nom. p. 55 ed. Otto 'sagus, gen. masc., ut Afranius: quia q. s. s.'

Depositum Nonius 90, 10 'conciere, cum perturbatione commouere ... Afranius Deposito: di' e. q. s.

---

em *cod.* lentequ[te]e *cod. teste H. K.* lente que te *edd.* lente te *Hermannus l. l.* 279 39 nunc *cod. teste H. Keilio Obseru. crit. p.* 96 homo *uulgo* 40 tuae senectuti *Bothius* senectuti tuae *libri* *An* malum?

41 in solum *Mercerus* insolum *antea* dementi tibi *Bothius* demetibi *libri* 42 et dispolatur *libri* despoliatur *Bothius* et dispoliatur *edd.* 43 ieientauit *Turic. Leid.* ieientaū *Bamb.* ientauit *uulgo*

44 quia *Gramm. inc.* q, *sed non prorsus certum*, *Charisii cod. teste H. K.*

DIVORTIVM

I (1)

qui conére noctu clánculum
Rus íre, dotem né repromittás, uafer,
Honéste ut latites ét nos ludas diútius.

II (11)

Cum téstamento pátria partissét bona

III (12)

Quod uúlt diserte páctum, haut dictum . . .

IV (10)

O dígnum facinus! ádulescentis óptumas
Bene cónuenientes, béne concordes cúm uiris
Repénte uiduas fáctas spurcitiá patris!

V (3)

letí genus
Cognátiones, mórborum cognómines

Diuortium Argumentum quale sit apparet maxime ex fr. I et IV. Praeterea meretriculae mores agnoscas fr. VIII: de exponendo partu dicitur fr. IX. Quae cum sane ex ipso reliquiarum nexu quodam satis superque eluceant, semel monenda duxi propter Neukirchium, qui in narrandis fabulis nimium quantum allucinari solet. Velut si Menandri *Μισογύνης* homo inducebatur, 'quem uxore in matrimonium ducta mox adeo facti poenituit, ut quicquid ea ageret, uehementissime eius animum irritaret, — tantoque in eam odio exardesceret, ut ne grauissimis quidem amicorum admonitionibus ad saniorem rationem reuocari posset,' (Meinekii uerba sunt p. 112) quid, quaeso, ei cum Afranii Diuortio, quale fr. IV circumscribitur, conuenire serio contendi potest? I Nonius 20, 1 'uafrum est callidum et quasi ualde Afrum et urbanum ... Afranius Diuortio: qui' e. q. s. II Nonius 475, 20 'partiret pro partiretur.' III Nonius 509, 22 'diserte et consuetudine dicitur et Afranio auctore in Diuortio: quod' e. q. s. IV Nonius 394, 1 'spurcum, saeuum uel sanguinarium .... Afranius Fratriis ... idem Diuortio: o dignum' e. q. s. V Nonius 87, 21 'cognomen est eiusdem nominis.'

---

48 rus ire *Gulielmius Veris. I* 2 brusire *W Leid.* repromittas *Gulielmius* repromittat *libri* 49 ludas *Gulielmius* laudas *libri* 50 partis et *Bamb.* 51 aut *libri* ac *ed.* 1480 52 o indignum *Delrius ad Sen. Hippol.* 620 53 bene concordes] concordes, *om.* bene, *libri* concordesque *Junius* et concordes *Bothius* uiris *Muretus Var. lect. XVIII* 10 uires *libri* 54 factas *Gerlachius* facias *libri* faciat *Muretus* 55 laetium *Bamb.* letium *celeri libri* leti omne *Lipsius Ant. lect. V* 14 letum, *i. e.* letorum *Hermannus l. l.* 279 letum enim *Bothius* 56 cognominationis morborum cogno-

VI (9)

Muliér, nouercae nómen huc adde ímpium,
Spurcá gingiuast, gánnit hau dicí potest —

VII (13)

Quam pérspicace, quám benigne, quám cito,
Quam blánde! quam matérno uisast péctore!

VIII (2)

Vigiláns ac sollers, sícca sana sóbria:
Virósa non sum, et sí sum, non desúnt mihi,
Qui ultró dent: aetas íntegra est, formaé satis.

IX (7)

Ecpónito, auorrúncent cum syrmá simul.

X (4)

Dispérii, perturbáta sum, iam fláccet fortitúdo.

XI (6)

'O diem scelerósum, indignum!

XII (8)

Immo ílli mitem fáxo faciant fústibus.

VI Nonius 393, 25 'spurcum, saeuum uel sanguinarium.' VII Nonius 515, 30 'perspicace.' Idem 513, 19 'perspicace pro perspicaciter. Afranius Diuortio [59].' VIII Nonius 21, 34 'uirosae mulieres dicuntur uirorum appetentes uel luxuriosae ... Afranius Diuortio: uigilans' e. q. s. IX Nonius 185, 28 'uerruncent, id est uertant ... Afranius Diuortio: et ponito' e. q. s. Luditur in uerbo 'auorruncent', quasi dictum sit de auerrendo X Nonius 110, 13 'flaccet, languet, deficit ... Afranius Diuortio: disperii' e. q. s. XI Nonius 174, 29 'scelerosi pro scelerati ... Afranius Diuortio: o diem s. i.' XII Nonius 343, 22 'mitis est tranquillus et lenis ... mitis est maturus ... Afranius Diuortio: immo'

---

minis *libri* cognominationi morborum cognomine est *Lipsius* cognationis morborum est cognomine *Hermannus* genus morborum litium cognomine est *Bothius* 2 58 spurca gingiuestigia aut dici *libri* spurca, ignea e uestigio: haud dici *Hermannus l. l.* 279 spurca ingeni uestigia haud dici *Bothius* 59 perspice *W m. pr. p.* 513 perspicate *edd. Venetae, Neukirchius* 60 uiast *Bamb.* uias *ceteri libri* uiuis *Junius* 62 et si sim *Stephanus* 64 et ponito *libri* 65 sunt *Leid.*, *fortasse recte* 67 immo illi mitem faxo *edd.* immo li mitem faxo *libri plerique* inolitem puxo *Bas.* *An* olli?

XIII (5)

. . bonis dictis, quaéso, ne ille inaúdiat.

EMANCIPATVS

I (7)

nudiustértius
Tute áduenisti? — Quám diluculo

II (4)

. . . . quod héri ualetudo óbstetit.

III (22)

post narráuero:
Nunc ést distentus ánimus ut negótiis,
Porro aútem propero.

IV (9)

paulό prius
Hinc ábiit.

V (19)

Sollícito corde córpus non potitúr quie.

e. q. s. XIII Nonius 126, 25 'inaudire, audire .... Afranius Diuortio: nouis' e. q. s.

Emancipatus Huc pertinere Quintiliani uerba XI 1, 65 'inter patres etiam filiosque, cum interuenisset emancipatio, litigatum scio' coniecit Gesnerus. Propter uxoriam rem fortasse, de qua sermo fit fr. XIII—XVI (cf. X), emancipauerat, id est abdicauerat filium pater I Charisius II p. 185 P. (123 L.) 'nudiustertius ... Afranius in Emancipato: n. t. a. Significat autem: nunc est dies tertius.' Idem II p. 192 P. (128 L.) 'quam diluculo.' II Charisius II 180 P. (118 L.) 'heri ... quidam here putant dici debere quamdiu, heri quando. Afranius tamen in Emancipato: quod heri ualetudo, inquit, obstitit.' III Charisius II p. 190 P. (127 L.) 'porro pro in futurum ... Afranius in Emancipato: post' e. q. s. IV Charisius II p. 191 P. (128 L.) 'paulo prius Afranius in Emancipato: paulo' e. q. s. 'nos paulo ante dicimus.' V Priscianus VI 11 p. 703 P. (I 255 K.) 'quies quietis. Vetustissimi tamen hoc quoque secundum supradictam proferebant declinationem. Afranius in Emancipato: sollicito' e. q. s. (in .I. mancipato

---

68 bonis] nouis *libri* nobis *Lipsius Ant. lect. V* 14 dictis *om. Leid.* dictes *Lipsius* dicatis *Neukirchius* noui. ne dictes *Bothius* 2 inaudiat id *uoce* id *compuncta Leid.* 70 quam diluculo *om. Charisius p.* 185 71 obstetit^{i} *cod.* 72 narauero *cod.* ut *cod., ed. pr.* meus *Hermannus l. l.* 280 77 potitur (tur *in ras.*) *Halb.* quie *Bothius* nunc quie *libri*

VI (6)

Cur nímium adpetimus? — Némini nimiúm bene est.

VII (12)

. . ne tu summátim rationém putes.

VIII (8)

Maló pudenter métientem

IX (14)

Idcírco haec agere técum secreto ínstiti.

X (10)

Vt sínt repentino ápparandae núptiae.

XI (2)

Deós ego omnis út fortunassínt precor.

XII (13)

Princípio hoc oro in ánimo sic statuás tuo,
Offíciis cogi ut ábs te seorsus séntiam
De uxória re.

XIII (5)

Quam lénte tractat me átque inludit! . . .

XIV (11)

Idem és qui semper, ídque ut rite intéllegas
Te fácere

XV (3)

. . . . te fácere conpecto ómnia

Sang. Grut.) VI Charisius II p. 185 P. (122 L.) 'nimium.' VII Charisius II p. 194 P. (130 L.) 'summatim.' VIII Charisius II p. 190 P. (127 L.) 'pudenter ... Afranius Emancipato: malo p. m.' IX Charisius II p. 196 P. (131 L.) 'secreto.' X Charisius II p. 193 P. (129 L.) 'repentino, pro repente .... Afranius in Emancipato: ut' e. q. s. XI Nonius 109, 17 'fortunare est prosperare et omnibus bonis augere ... Afranius Emancipato: deos' e. q. s. XII Charisius II p. 195 P. (130 L.) 'seorsus.' XIII Charisius II p. 183 P. (121 L.) 'lente; Afranius in Consobrinis [V] idem in Emancipato: quam' e. q. s. XIV Charisius II p. 193 P. (129 L.) 'rite.' XV Charisius

78 adpetimus. R *cod.* 79 nae *uulgo* ratio putes *cod., ed. pr.* rationem putas *uulgo, Fleckeisenus Philol. II* 65 *de particula* ne *disputans* 80 mentientem *Fabricius, Putschius* 83 fortuna sint *W* 84 hoc *cod. teste H. Keilio Obs. crit. p.* 96 autem *falso Lindemannus testatur* ut sic statuas tuo *Bothius* ut sistuo st . . . . s *cod. teste H. K.* ut sic tuo statuas *edd.* 90 conpecto (a *supra* e) *cod. teste H. K.*

XVI (1)

Viden út facunde cóntra causarís patrem?

XVII

Sic ést orator, sí qui oritur . . . .

XVIII (23)

Vetuít me sine mercéde prosum Páccius
Remeáre in ludum.

XIX (18)

Hém quid ais? — Mane, Sérui, quaeso, nísi molestum est, paúca sunt
Técum quae uolo.

XX (17)

au quíd me censes? — 'Obsecro,
Nón audisti?

XXI (21)

Optándum uxorem, quaé non uereatúr uiri.

XXII (20)

O quám beatae scénicae uidéntur mulierés mihi,
Quae iúrgio et desúbito beniuoléntia terrént uiros.

I p. 177 P. (116 L.) 'conpecto.' XVI Nonius 89, 9 'causari, causam dicere uel defendere ... Afranius Emancipato: uidet' e. q. s.
XVII Festus p. 182 M. 'oratores — — — alias pro deprecatoribus, ut Terentius: orator uenio, facite exorator siem. Item et Afranius in Emancipato: sic est orator, si qui oritur ..... alias' e. q. s.
XVIII Festus p. 277 M. 'remeare redire: ut commeare, ultro citro ire. unde commeatus dari dicitur, id est tempus, quo ire redire quis possit. Afranius ut in ea mancipato: uetuit' e. q. s. XIX Charisius II p. 214 P. (144 L.) 'hem.' XX Charisius II p. 214 P. (144 L.) 'au; Afranius in Emancipato [XXIV] item in eadem: au quid' e. q. s. XXI Nonius 496, 28 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus [IV] idem Simulante [II] et in Emancipato: optandum' e. q. s. (eamancipato W, Leid. m. pr.)
XXII Nonius 517, 17 'desubito .... Afranius Emancipato: quam' e. q. s.

---

compacto *uulgo* 91 uiden ut] uidet *libri* uide ut *Bentinus* causeris *Junius* 92 si *in cod. etiam* fa *esse potest* 93 Paccius *Scaliger, probauit Bergkius in Ephem. suis* 1851 *p.* 21 paucias *cod.*
95 serua *edd.* 97 *sq. Personas distribuit Hermannus l. l.* 281
99 que *Bamb.* 100 o *om. libri* beatae scentae *Leid.* beata escente *Bamb.* uidentur mihi mulieres *libri* uidéntur Mihi múlieres *Hermannus l. l.* 280 101 et beniuolentia terrent (fient *Palat.*) desubito uiros *libri* et beneuolentia aeque Detérrent desubito uiros *Hermannus*

XXIII (15)

. . . . o! — Quid clámas? . . . . . .

XXIV (16)

Au, mí homo! immo edepol uós supremum meúm
concelebretís diem.

EPISTVLA

I (7)

quís tu es uentoso ín loco
Soleátus, intempésta noctu súb Ioue
Apérto capite, sílices cum findát gelus?

II (12)

. cómissatum prótenis rectá domum
Digrédimur.

III (5)

Huc uénit fugiens ténebrionem Tírrium.

IV (6)

Itaque ádeo extundo exfício. — Datúr mihi
Custódiendus.

XXIII Charisius II p. 214 P. (143 L.) 'o dolentis est, ut ... Afranius in Emancipato: o quid clamas?' XXIV Charisius II p. 214 P. (144 L.) 'au.'

Epistula Supparo indutus (XII), id est puellam mentiens (XIV) adulescens in amatae domum irrepsit, ubi sero nescio quibus turbis intercedentibus agnoscitur a matre irata. Id enim narrat filia fr. XV. Illa autem ipsa fortasse eiusdem uiri amore capta erat (XVI) I Nonius 207, 32 'gelu ... masculini Afranius Epistula: quis' e. q. s. II Nonius 376, 6 'protinus ubicumque lectum est, contra usum intellectus communis, quo statim significare creditur, positum inuenitur, ut sit protinus porro ac sine intermissione, continuo, quod iunctum tenus eius significantiam confirmat aduerbii ... et quoniam non nulli ueterum pro eo, quod protinus est, protinam uel protenis conuerterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt. Afranius Epistola: comissatum' e. q. s.
III Nonius 19, 3 'nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant; aut quibus ad fugam fugitiuis et furta haec erant accommodata et utilia .... Afranius Epistula: huc' e. q. s. IV Nonius 102, 15 'extundere est extor-

---

103 mi homo *edd.* m omo *cod. teste H. K.* 105 nocte *Junius* Ioue] diuo *libri* niue *mire Lachmannus in Lucr.* 227 dio *Mercerus* 109 tenebrionem *edd.* tenebrione *libri* Tyrium *Neukirchius* Thurium *Bothius* 110 atque adeo *Aldus* exficio *Leid.*, *i. e.* exfaecio, *ni fallor: cf. Gloss. Labb.* 'efficio, ἐκβιβάζω' ex officio *celeri libri*

V (18)

Hunc Tírrium autem mária Tyria cónciet

VI (4)

Ita íntricauit húius hanc rem témeritas.

VII (8)

púlchre hoc incendí rogum:
Ardét, tenetur: hóc sepulcro sépeliet.

VIII (9)

Nám proba et pudíca quod sum, cónsulo et parcó mihi,
Quóniam comparátum est, uno ut símus contentaé uiro.

IX (10)

. . . . . . nón licet me quá contendis sémita
Péruenire.

X (14)

Iactábit sese. — Iáctet. — Mihi erit trístior.

XI (15)

Idém natura trístiori paúlulo

quere uel inuenire.' V Festus p. 355 M. 'Tyria maria in prouerbium deductum est; quod Tyro oriundi Poeni adeo potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa. Afranius in Epistola: hunc' e. q. s. VI Nonius 8, 28 'tricae sunt inpedimenta et inplicationes: et intricare inpedire, morari .... Afranius Epistula: ita' e. q. s. VII Nonius 221, 23 'rogus ... neutri Afranius Epistula: pulchre' e. q. s. VIII Nonius 256, 25 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt ...... Afranius Epistola: nam' e. q. s. IX Nonius 260, 15 'contendit proripuit uel direxit significat .... Afranius Epistola: non' e. q. s. X Nonius 410, 1 'tristis, iratus. Afranius Epistola: iactauit ... tristior. id est iratior.' XI Nonius 410, 2 'tristis, iratus. Afranius Epistola [X] idem in eadem: idem natura t. p.'

---

112 hunc serrium *cod.* hunc ferreum *Lipsius Epist. quaest. III* 20 hunc Seruium *uel* hunc seruulum *Bothius* in hunc seruum *O. Muellerus* hunc serium *Neukirchius* 113 intricauit, *superscr.* † impediuit *Bamb.* hanc *Bamb.*, *Bothius*, *om. ceteri libri* 115 hic se pulchre *Neukirchius* saepe licet *W* sepelietur *Aldina* 118 contendi *Gulielmius Veris. III* 8 120 iactabit *Taubmannus ad Plauti Casin. II* 3, 14 iactauit *libri* 121 idem *fortasse delendum*

XII (17)

tace!
Puélla non sum, súpparo si indúta sum?

XIII (16)

Quamquam ístaec malitiósa non tam cálleo,
Tamén fefelli.

XIV (3)

. . . succrotílla uoce sério

XV (13)

Ego mísera risu clándestino rúmpier,
Torpére mater, ámens ira féruere.

XVI (1)

Me auctóre, mater, ábstinebis: quíd nisi?

XVII (11)

Amáre, habere púerum depositúm foris

XVIII (2)

[uento per]culsám ratem

XII Nonius 540, 13 'supparum est linteum femorale usque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat ... Afranius Epistula: tace' e. q. s. Festus p. 310 M. '[supparus autem ui]detur puella[re uestimentum, quod Afran]ius ait: puella [non sum, supparo si in]duta sum.' Paulus p. 311 M. 'supparus uestimentum puellare lineum, quod et subucula, id est camisia, dicitur. Afranius: puella' e. q. s. XIII Nonius 482, 9 'sic et callet illam rem pro illa re ... Afranius Epistula: quamquam' e. q. s. (Afranius Epistula om. Bamb.) XIV Festus p. 301 M. '[succrotilla] tenuis diceba[tur et alta uox.] Titinnius — [Afra]nius in Episto[la: loquebatur succro]tilla uoce serio.' Suppleuit Vrsinus
XV Nonius 382, 20 'rumpere, defetigare ... Afranius in Epistola [127].' Idem 503, 14 'ab eo quod est feruit, breuiato accentu feruere facit, ut speruit spernere.' XVI Festus p. 257 M. 'quid nisi usurpauisse antiquos testis est Afranius in Epistula: me' e. q. s. XVII Nonius 279, 12 'deponere est commendare ... Afranius Epistola: amare' e. q. s.
XVIII Festus p. 273 M. 'rates [uocantur tigna inter se colligata,] quae per aquam agan[tur, quo quidem uocabulo] interdum etiam na[ues ipsae significantur.] Afranius in Epistula ...... [uento per]culsam ratem.'

124 istaec *Bamb.* ista haec *ceteri libri* 125 tamen non fefelli *libri* tam non fefellit *Bothius* 127 miseri sub clandestino *Basil. p.* 382 miso clandestino *libri p.* 503 rumpi et *Basil. p.* 503 rumpie *ceteri libri p.* 503 128 torpere *Bothius* torfere *libri plerique* torquere *Basil.* mater amens ira *Mercerus* mater amenstrua *Bamb.* matura monstra *Basil.* mater amens tra *ceteri libri* 129 quod nisi *cod. teste H. Keilio Mus. phil. VI* 623 quid nisi *alteri personae tribuit Bothius*

XIX

[di te sóspitem] seruént tuis.

EXCEPTVS

I (15)

Meretríx cum ueste lónga? — Peregrino in loco
Solént tutandi caúsa sese súmere.

II (7)

Consímili grassantúr uia, quibus híc est omnis cúltus

III (9)

. . ubi hic Moschis, quaéso, habet, meretríx Nea-
politís?

IV (6)

'Abi tu: appellant húc ad molem nóstram nauicu-
lam . . .

V (14)

Túm conscendo cúmbam interibi lúci piscatóriam,
. . . . . uénio, iacitur ánchora, inhibent léniter.

VI (12)

Proficíscor: res tempús locus, simul ótium hortabátur,

Suppleuit Scaliger XIX Festus p. 301 M. 'sos[pes significat apud] omnes fere auc[tores saluum; sic] Afranius in Ep[istola: di te sospitem] seruent tuis.' Suppleuit Scaliger

Exceptus ex mari a piscatore (IV—VIII) fortasse amoris miseriis ad consilium mortem sibi contrahendi adactus fuerat. Poterat autem amica eius esse Moschis, de qua I—III, quaeque, ut reconciliaret desperantem, quasi de mortuo uiro lamentari subauscultante eodem simulauerit (X—XII).

I Nonius 541, 10 'meretrices apud ueteres subcinctiore ueste utebantur.' II Nonius 316, 9 'grassari etiam dicimus ambulare ... Afranius Excepto: consimili' e. q. s. III Nonius 318, 2 'habere rursus habitare ... Afranius Excepto: ubi' e. q. s. IV Nonius 238, 21 'appellare est applicare.' Sed fugit Nonium, modum coniunctiuum esse. V Nonius 535, 30 'cumba. Afranius Excepta: tum' e. q. s.

VI Nonius 523, 13 'operari est deos religiose et cum summa uene-

---

133 *Personas distinxit Bothius* 134 causas ēē *Bamb.* 135 uia quibus *Basil.* uia a quibus *ceteri libri* 136 ubi hic moschis *ms. Merceri*, *ms. Cuiacii* ubine hic sis *ms. Fabri* ubi hic moscis *ceteri libri* meretrix *edd.* meletrix *libri* 137 *Numeros perspexit Hermannus l. l.* 281 *adnotans ultimam uocem* nauculam *pronuntiatam fuisse* 138 conscendam *Bamb.* 139 inibent *Leid.* leniter *Bothius* leuiter *libri* 140 *sq. Numeros agnouit Bothius* 2 locus Si-

Vt óperatum illum dícerem sanctúm diem Diánae.

VII (4)

Conchás echinos, óstreas marínas . . . . . .

VIII (13)

iubeo hominem tólli
Et cónlocari et cónfoueri: sóluo operam Diánae.

IX (8)

. . fit opús luculéntum hoc diéi:
Herbám det

X (5)

De uíta ac morte dómini fabulábere
Aduórsum fratrem illíus. — Ah dominúm suum

XI (1)

. . si ille haec nunc séntit, facere illí satis
Vis, quánta illius mórs sit maceriés tibi?

XII (11)

Quod uítae studium aut quód praesidium in pósterum
Mihi súpponebas, mé cum priuarés tui?

ratione sacrificiis litare uel conuiuari ... Afranius Excepto: proficiscor' e. q. s. VII Nonius 216, 11 'ostrea generis feminini ... Afranius Excepto: concas' e. q. s. VIII Nonius 523, 16 'operari est deos religiose et cum summa ueneratione sacrificiis litare uel conuiuari ... Afranius Excepto [VI] idem in eadem: iubeo' e. q. s. IX Nonius 317, 19 'herbam ueteres palmam uel uictoriam dici uolunt .... Afranius Excepto: fit' e. q. s. X Nonius 232, 25 'aduorsum rursum apud significat .... Afranius Excepto: de' e. q. s. XI Nonius 138, 13 'maceria est' ('maceries maceratio' mg. W) 'Afranius Excepto: si' e. q. s. XII Nonius 498, 15 'genetiuus pro ablatiuo ... Afranius

---

mul ótium *Hermannus l. l.* **281** **141** operatam *Bamb.* operarium *Hermannus* illum Dianae digerem sanctum diem *libri*, *nisi quod* dierem *Bamb.* illum degerem sanctum diem Dianae *Bothius* **2** illum Dianae degerem sanctum diem *Hermannus* **142** conchas *edd.* concas *libri* **144** locari *Bamb.* opera Diane *Bamb.* **145** *sq. Creticos posuit Neukirchius* hoc dici *libri* hoc die *Hermannus l. l.* **281** hic tibi *Neukirchius* **146** dabit *Hermannus* dedet *Neukirchius* **147** fabulabere *Bothius* fabulauere *libri* fabulauerit *Neukirchius* **148** ah] ac *libri* tuum *Bothius* **2** **152** subponebas *libri* priuis *libri* priuasti *Mercerus* tuis *Bamb.*

XIII (10)

Audíte, pueri, paúca: uos succédite.

XIV (2)

Etiám depellis míhi manum palaéstricos.

XV (3)

Atque ádeo nolo núdo petiolo . . .

FRATRIAE

I (12)

Formósa uirgo est: dótis dimidiúm uocant
Istí, qui dotis néglegunt uxórias:
Praetérea fortis

II (9)

Dat rústico nesció cui, uicinó suo
Perpaúperi, cui dícat dotis paúlulum.

III (5)

Pistóri nubat cúr non scriblitário,
Vt míttat fratris fílio lucúnculos?

IV (4)

Septémbris heri Kaléndae, hodiest atér dies.

Excepto: quod' e. q. s. XIII Nonius 403, 20 'succedere, ingredi ... Afranius Excepto: audite' e. q. s. XIV Nonius 154, 12 'palaestricos, quasi ex usu palaestrae.' XV Nonius 160, 16 'petiolus, a pede diminutiue. Afranius Excepto: atque ... petiolo es pus. Petigo ... Porrigo ...' Fortasse quaedam ad 'pus' pertinentia librariorum turbis in nostrum locum irrepserunt

Fratriae I Nonius 306, 17 'fortis rursum formosa. Plautus Milite ... fortis etiam diues ... Afranius Fratris: formosa' e. q. s. II Nonius 280, 25 'dicere etiam promittere ... Afranius in Vopisco [VII] idem Fratris: dat' e. q. s. III Nonius 131, 27 'lucuns ... Afranius Fratris: pistori' e. q. s. IV Nonius 73, 32 'atri dies dicuntur, quos

---

154 palaestricos, *i. e.* παλαιστρικῶς *Bothius* paper alestricos *Leid.* paper palaestricos *ceteri libri* papae palaestricos *Junius* pater palaestricos *Mercerus* perpalaestricos *ante Mercerum* 155 petiolo es pus *libri* p. esse plus *Bothius* p. ire rus *Neukirchius* p. eas rus *Gerlachius* p. ambules *Perottus Cornuc.* 159 dat *Bothius* da *libri* det *Lipsius Epist. quaest. V* 25 161 nubat *Lipsius Ant. lect. II* 4 nouat *in litura, cum ante fuisset* uocat, *W* nouat *ceteri libri* non? at *Scaliger Castig. ad Fest. p. LXXX* scribilitario *W* scribitario *Leid.* 162 lucunculos *Lipsius* liculentulentulus *Leid.* luculentulus *ceteri libri* 163 here *Lachmannus in Lucr.* 388 hodie *libri: hiatum tuetur Lachmannus* alter *superscr.*

V (13)

Cómmemorabo, osténdam illius fácta et spurcitiam ímprobi.

VI (10)

retinébitur,
Viri át uoluntate única probábili,
Praegnátem quod non éxigat.

VII (12)

. . nunc uide hóc quo pacto eo aúrum in medium próferam.
Tú, Castalia, cógita, tu fínge fabricare út lubet.

VIII (15)

. . . . nullám profecto accéssi ad aram, quín deos
Supplíciis sumptu uótis donis précibus plorans óbsecrans
Nequíquam defetígarem.

IX (18)

. . id aurum mé condonat líteris.

X (8)

. . . . sperátam non odí tuam.

XI (7)

curre et núntia
Ex inc. fab. I Festus p. 355 M. '[tugu]ria a tecto appellantur [domicilia rusticorum] sordida. Afranius in V .... tugurium est turpe.' (in Virgine: sordidum tugurium Vrsinus, sed posse etiam ad Vopiscum referri monuit Neukirchius) II Macrobius Sat. VI 5, 6 'auritos lepores non Maro primus usurpat, sed Afranium sequitur, qui in prologo ex persona Priapi ait: nam' e. q. s.

III Isidorus Orig. XII 8, 16 'bibiones sunt, qui in uino nascuntur,

---

398 cum simile *ed. pr.* 399 id enim si intus actum *Hermannus l. l.* 287 id id est! interii! actum! *Bothius* 2 periit *Bothius* perit *libri* mea *W*, *Hermannus* 400 ex animo *Hermannus* ea aio *W* actio *ceteri libri* ea animo *ante Aldum* 401 quoque nunc *libri* quoquo loco hunc *Bothius* 2 semper *Bothius* sepae *Leid.* saepe *ceteri libri* procul nostra sit mala *libri* nostra sit mala procul *Bothius* nostrae sit malae procul *idem* 2 402 nutricatur *edd.* 406 natura, *superscr.* m, *Salisb.* 407 *Correxit Grialius* cum me exspectares fa-

Ex óre in oculos tuós bibones ínuolant.

IV (9)

uxórium istud tóxicum

Mitte

V

Heú me miserum! — Dúm modo doleat áliquid, doleat quídlubet.

VI (8)

tanne árcula

Túa plena est aránearum?

VII (1)

pállam facito, Démea,

quos uulgo mustiones a musto appellant, unde Afranius: ad' e. q. s. Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 67 'hic bibo, nis ·i· ille qui multum bibit, et plur. bibones, um ·i· uermiculi uinum supernatantes, unde Afranius: cum ad me' e. q. s. Cf. Vopisc. XXI Consobr. II Menandri Θετταλῇ III: ὄζεις, ἱερόσυλ', οἶνον πολύ. IV Festus p. 355 M. 'toxicum dicitur cerua[rium uenenum, quo] quidam perungere sagit[tas soliti sunt. Sed] Caecilius — — Afra[nius in] ...... uxorium istud toxicum mit ...' Cf. Vopisc. XX V Cicero Tusc. disp. IV 20, 45 'impunitas enim peccatorum data uidetur eis, qui ignominiam et infamiam ferunt sine dolore: morderi est melius conscientia. Ex quo est illud e uita ductum ab Afranio, nam cum dissolutus filius: heu m. m. tum seuerus pater: dum' e. q. s. Ibidem 25, 55 'at commode dixit Afranius: dum' e. q. s. 'dixit enim de adulescente perdito ac dissoluto.' Idem Epist. ad Att. XVI 2, 3 'sed tamen dum modo doleant aliquid, doleant quidlibet.' VI Festus p. 359 M. 'tamne eo usque, ut Aelius Stilo et Opilius Aurelius interpretantur. Itaque Afranius: tamne' e. q. s. Paulus p. 358 M. 'tanne eo usque. Afranius: tanne' e. q. s. VII Nonius 378, 10 'plaga aliquando pars lecti, aliquando omnis ... Afranius: pa-

---

bulare incipis *uulgata* cum exspectasset a me fabulare incipis *Gu. a* quum ad me spectas f. i. *alii libri* quum a me exspectasset f. i. *Gu. d* cum me exspectas f. i. *Gu. b* quum me exspectaret f. i. *ed. pr.* quum ad me exspectas et f. i. *ed. Goth. et princ. altera* cum ad me exspectas eloqui *Thesaurus* **408** bibiones *alii libri Isidori* **410** mit . . . *cod.* mittite *Vrsinus* mittere *Scaliger* mitte ei *susp. Neukirchius* **411** *Vno uersu coniungi iussit Bentleius* dum modo *Lachmannus in Lucr.* **116** dummodo *uulgo* lateat (dol) *Gud. altero loco* doleant (*bis*) *Cicero ad Att.* quid lubet *Gud. loco priore* quid libet *idem altero, uulgo* quod lubet *Romana ad Att.* **412** tanne *Paulus* tamne *Festi cod.* **414** pallam facito *Bothius* palam facto *libri* demetet *Bas.*

Et plágulam lecto péllis dimitte órdine.

VIII

. . accedo ád te, ut tibi ceruícem fingam línteo.

IX (2)

Inscríbat aliquis 'árseuerse' in óstio.

X

Ego mémet stultum exístimo, fatuum ésse non opínor.

XI (13)

Nesció qui nostri míseritust tandém deus.

XII (4)

. . non possum uérbum facere: obbrútui.

XIII (3)

. . mustriculam in déntes impingám tibi.

lam' e. q. s. VIII Isidorus Orig. XII 6, 60 'spongia a fingere, id est nitidare et extergere, dicta. Afranius: accedo ... linteo, id est extergam.' IX Paulus Festi p. 18 M. 'arseuerse auerte ignem significat. Tuscorum enim lingua arse auerte, uerse ignem constat appellari. Vnde Afranius ait: inscribat' e. q. s. X Isidorus Differ. 500 'quidam ueterum fatuum existimant, qui nec quod fatur ipse, nec quod alii dicunt, intelligat. Stultum uero hebetiorem corde. Vnde Afranius: ego, inquit, me stultum ... opinor: id est obtusis quidem sensibus, non tamen nullis.' Eadem in Salomon. gloss. a Spengelio laudatis, et in Orig. X 246 'stultus hebetior corde, sicut quidam ait: ego' e. q. s. 'id est obtunsis quidem sensibus, non tamen nullis.' XI Gellius XX 6, 5 'inuenio .. non paucis in locis nostri atque uestri dictum; non nostrum aut uestrum ... Terentius in Phormione ... nostri nosmet paenitet. Afranius in togata: nescio' e. q. s. 'et Laberius in Necyomantia ... nostri oblitus est. Dubium porro, inquit, non est, quin eodem haec omnia casu dicantur: nostri oblitus est, nostri misertus est, quo dicitur mei paenitet, mei misertus est.' Et: 'cur igitur Terentius paenitet nostri, non nostrum, et Afranius nostri miseritus est, non nostrum?' XII Paulus Festi p. 187 M. 'obbrutuit, obstupuit, a bruto, quod antiqui pro graui, interdum pro stupido dixerunt. Afranius: non' e. q. s. XIII Paulus Festi p. 147 M. 'mustricula est machinula ex regulis, in qua calceus nouus suitur. Afranius: mustriculam' e. q. s. Cf. Simul. V

---

415 de lecto *libri* in ordine *libri* 416 *Disposuit uersum Hermannus l. l.* 287 417 arseuorse in ostio *Scaliger* in ostio arseuerse *Paulus, quem ordinem qui seruare uelit, ei scribendum esse:* aliquis óstio 'Arseuerse *monere uidetur O. Muellerus* 418 ego memet *Spengelius in Caecil. p.* 12 ego me ipsum *uulgo* ego me *Isidorus Diff., Gu. a b, ed. pr. altera Orig.* egomet me *Otto* stultum *Spengelius* esse stultum *Gu. b* stultum esse *uulgo* fatuum esse *Gu. b* fatuum me esse *Gu. a* fatuum me *Otto* 419 miseritus *libri* 420 obbrutui *Augustinus in marg.* obrutui *libri*

XIV (10)

. . . . índignum uéro,
Vt díci solét, testu

XV (16)

'Etiam quicquam egísti? . . . .

XVI (15)

Intér loquendum

XVII

Festus p. 277 M. 're[millum dicitur quasi repandum.] Lucilius — et Afra[nius in . . . . . . co]xendice pergam . . . .'

XVIII (6)

Festus p. 301 M. 'solatum genus morbi maxime a rusticantibus dicitur, cuius meminit etiam Afrani[us in . . . .] arquato med[. . . . .]tigine.' mederi et uertigine Vrsinus

XIX (7)

Festus p. 314 M. '[stipes fustis terrae] defixus: Afra[nius in . . . . . . p]orro honeste . . . . [stip]ite hostium . . . . . [uostram inplo]ro fidem, qui . . . . am siluam et' e. q. s. Vide Enni Annal. inc. sed. CXLIII sq. ed. Vahlen. Ad Afranium sola porro honeste (si recte ita legunt) referenda uidentur

XX (5)

Festus p. 262 M. 'rutilium rufum significat, cuius coloris studiosae etiam antiquae mulieres fuerunt, unde

XIV Charisius I p. 118 P. (84 L.) 'testu, ut genu Flauius Caper ueteres ait uti solitos. Mummius ... Afranius: indignum ... testu. At Maro testam dixit.' XV Seruius in Aen. XI 373 'etiam ... ponitur etiam pro nondum. Afranius: etiam q. e.' XVI Seruius in Verg. Ecl. 9, 23 'inter agendum, dum agis. Et honesta locutio est, si dicamus inter cenandum hoc sum locutus. Afranius: inter loquendum.'

---

422 uero *cod.*, *ed. pr.* uelut *uulgo* indignum ueluti dicier testu solet *proponit Bothius* indignum ueru disco olla et testu *Neukirchius*

traxerunt cognomina rutilias, ut indicat frequenter Afranius.' (rutilae Vrsinus)

XXI (17)

Paulus Festi p. 40 M. 'comptum Afranius pro ornatu et cultu posuit.'

XXII (18)

Varro de L. L. V 25 M. 'extra oppida a puteis puticoli' ('puticuli' Flor. teste H. Keilio) '. . . qui locus publicus ultra Exquilias, itaque eum Afranius petilucos in togata appellat, quod inde suspiciunt perpetuo lumen.' (petilucos dubitanter posui, poteram et cupilucos. cuticulos libri boni putiluculos cod. B, Spengelius subluculos O. Muellerus)

XXIII

Ausonius Cent. nupt. praef. 'pro quo' (sc. centone) 'si per sigillaria in auctione uaeniret, neque Afranius nauci daret nec cicum suum Plautus offerret.'

XXIV

Pompeius in cod. Guelf. apud Gaisf. script. Lat. r. m. p. 565 'ea autem quae non sunt qualitatis et quantitatis, non recipiunt conparationem. Ne te decipiant illa Plautina et Afraniana uerba. Ipsissimus ioco dixit. Est etiam apud Graecos αὐτότατος tale. Comica sunt ista et ad artem non pertinent.'

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Seneca Epist. 89, 7 'sapientia est, quam Graeci σοφίαν uocant. hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur: quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus.'

II

Seruius in Verg. Aen. XI 160 'ueteres enim uiuendo

uincere dicebant superuiuere . . . nam et in togatis uictrices appellantur, quae uiros extulerunt.'

III

Donatus in Ter. Eun. I 1, 12 'concessum est in palliata poëtis comicis, seruos dominis sapientiores fingere, quod idem in togata non fere licet.'

FABVLA ATELLANA

L. POMPONIVS BONONIENSIS

ADELPHI

. quód ille dicit, cúm datatim in lécto tecum lúsi

AEDITVMVS

Quí tibi postquam adpáreo atque aedítumor in templó tuo,
Néc mortalis néc mortalium úllum in terra míseriust.

AGAMEMNO SVPPOSITVS

Ne quís miretur, cúm tam clare tónuerit,
Vt, sí quis dormitáret, expergísceret.

ALEONES

I (1)

'Aleo non lúdam sane, né meae male olánt manus.

Adelphi Cf. Ritschelius Parerg. I 133. Nonius 96, 18 'datatim, id est inuicem dando .... Pomponius Adelfis: quod' e. q. s. Pomponium Bassulum intellegit Osannus in Ephem. Marburg. 1849 p. 219

. Aeditumus Nonius 75, 15 'aedituor, id est aedem tueor. Pomponius Aedituo: qui' e. q. s. (aedituor W aedituo, sup. r, Leid.) Gellius XII 10, 7 'aeditumus uerbum Latinum est et uetus, ea forma dictum, qua finitimus et legitimus .... Pomponii fabula Atellania est, quae ita inscripta est: Aeditumus. In qua hic uersus est: [2].'

Agamemno suppositus Cf. Munkius p. 86. Nonius 473, 3 'expergisceret pro expergisceretur. Pomponius Agamemnone subposito: ne' e. q. s.

Aleones I Nonius 147, 3 'olat pro oleat ... Pomponius Aleonibus:

---

2 tibi postquam *Munkius* postquam tibi *Gellius* postquam ubi *Nonius* aedituor *Nonius* tuo *om. Nonius* **3** mortalibus *Leid.* immortalis *Bothius* ullum *om. W*, *Bothius* miseriu'st *Munkius* miserius est *libri* est miserius *Bothius* **4** miretur *ed.* **1480** miraretur *libri* **6** aleo, *i. e.* allio *libri: cf. Plauti Most.* **48** *cum Gesneri quem Ritschelius laudat in script. r. rust. indice et Varro apud Non.* **201, 6** *nec non Lachmannus in Lucr.* **33** alea *Bothius* non *Bothius, om. libri* ne *Bothius, om. libri* olant *edd.* oleant *libri*

II (2)

'At ego rusticátim tangam, úrbanatim néscio.

ANVLVS POSTERIOR

. . id credo métuis ne inuidiaé siet,
Cum némo qui a te récipiat reperíbitur.

ARVSPEX uel PEXOR RVSTICVS

bucco, púriter
Fac út rem tractes. — Láui iandudúm manus.

ASINA

I (1)

Atque aúscultare dísce, si nescís loqui.

II (2)

Exílui de nocte ád molam fullóne festinátim

AVCTORATVS

I (3)

néque enim ego

aleo' e. q. s. II Nonius 166, 30 'rusticatim pro rustice.' Idem 409, 1 'tangere etiam circumuenire . . . Pomponium Aleonibus: at' e. q. s.

Anulus posterior Cf. Ritschelius Parerg. I 135. Nonius 508, 11 'repperibitur pro repperietur. Pomponius Anulo posteriore: id credo' e. q. s.

Aruspex uel Pexor rusticus Nonius 516, 18 'puriter. Pomponius Aruspice uel Pectore rustico: bucco' e. q. s. (pectore libri Praecone Bothius Petitore Rothius)

Asina I Nonius 246, 16 'auscultare, audire . . . Pomponius Asina: atque' e. q. s. (asta atque Lipsius Epist. quaest. I 18) II Nonius 514, 3 'festinatim pro festinanter. Pomponius Asinaria: exilui' e. q. s. De titulo dubitat Ritschelius Parerg. I 142

Auctoratus I Charisius I p. 37 P. (28 L.) 'Pompeius in Auctorato (II) ebria masculino. In eodem Pompeius: neque' e. q. s. Eadem legi in Donatiani fragmento, quod in ed. Mediol. a. 1504 extet,

---

7 ad *libri p.* 166 *An* tangam, nam urbanatim? 8 inuidia desit *libri* inuidiae id sit *Mercerus* inuidia inde sit *Bothius* inuidia desit tibi *Junius* 9 repperibitur *libri plerique* repperitur *Bamb.*

10 furiter *Bamb.* 11 ut rem] uti *libri* ut te *Bothius* tractis *W* laui iam dudum *libri plerique* lauuan dunum *Bamb.* 13 exilui *Bamb.* exsilui *ceteri* ad noctem *Palat.* fullonis *Laurembergius* 14 neque enim ego *cod. teste H. K.* neque ego *uulgo* neque *fragm. Donatiani*

Sum Mémmi neque Cassí neque Munati 'Ebriae.

II (2)

. póstquam conueni ómnes conuiuás meas

III (4)

Métuo illum: iocári nescit, lúdit nimium insániter.

IV (1)

Occídit taurum tóruiter, me amóre sauciáuit.

BVCCO AVCTORATVS

si praégnans
Non és, paribis númquam.

AVGVR

immó mane!
Non ésuribis diútius, qua ré roga.

BVCCO ADOPTATVS

I (2)

Clándestino tácitus taxim pérspectaui pér cauum.

narrat Bondamus II Charisius I p. 37 P. (27 L.) 'communia ex masculino et feminino, ut adsecula, conuiua. Pompeius in Auctorato: postquam' e. q. s. Priscianus V 2 p. 642 P. (I 169 K.) 'hic et haec agricola ... conuiua. Pomponius in Auctorato: conueni' e. q. s. III Nonius 509, 30 'insaniter Pomponio auctore: metuo' e. q. s. Priscianus XV 3 p. 1010 P. (I 621 K.) 'Pomponius in Auctorato: ludit n. i. pro insane.' (aucturato Grut. auct'ato Sang.) IV Nonius 516, 13 'torbiter. Pomponius Auctorato: occidit' e. q. s.
Bucco auctoratus Nonius 508, 1 'paribit pro pariet. Pomponius Buccone auctorato: si' e. q. s.
Augur Nonius 479, 5 'esuribo pro esuriam. Pomponius Augure: immo' e. q. s.
Bucco adoptatus Nonius 178, 20 'taxim, sensim uel occulte.

---

15 Memmi *Lindemannus* menni *cod.* Memmius *ed. pr.* meni *fr. Don.* Cassius *ed. pr.* castia *fr. Don.* Mimatius *ed. pr.* Mimacius *fr. Don.* Ebriae *Lindemannus* ebrea *cod.* ebria *ed. pr.*, *fr. Don.* 16 conuenio *Charisii cod.* meos *Sang. Grut. Lips. c Prisciani* 17 locari *Bamb.* 18 toruiter *edd.* torbiter *libri* me amore sauciauit *Lipsius* me amores amauit *libri plerique* mea memores amauit *Bamb.* *An:* amores meos sanauit? 19 *sq.* *An:* . . si praegnans [núnc] non es, [postháe] paribis númquam? 22 esuriuis *Bamb.* eroga *Bothius* 23 per cauum *Mercerus* per cautum *libri* periculum *ms. Junii* pergulam *Gulielmius Veris. I* 11

II (3)

saepe ádnuit:
'Inuenibit saépe.

III (1)

Pergís properatim

CAMPANI

Dantór publiciter Dóssenno et fullónibus
Cibária.

CAPELLA

Clípeum in medium físum est . . . .

CITHARISTA

nóli, quaeso, iráscere:
Móre fit, moríri suam quisque úxorem ut uelit . . .

COLLEGIVM

Sí quid expalpáre possim ab íllo . . . . .

CONCHA

Vós istic manéte: eliminábo extra aedis cóniugem.

Pomponius Buccone adoptatu: clandestino' e. q. s. II Nonius 479, 27 'inuenibo pro inueniam. Pomponius Buccone adoptato: saepe' e. q. s. III Nonius 155, 1 'properatim et properiter, celeriter, properanter ... Pomponius Buccone adoptato: p. p.'

Campani Nonius 513, 9 'publicitus pro publice ... Pomponius Campanis: dator' e. q. s.

Capella Charisius I p. 59 P. (42 L.) 'clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait: neutro autem genere imaginem significat. Sed ... Liuius in significatione scuti neutraliter saepius, et Pomponius in Capella cum ait: clipeum' e. q. s. Grammaticus inc. de gen. nom. p. 30 ed. Otto 'clipeus gen. masc. ... et Pompeius gen. neut.: clipeum' e. q. s. 'sed non recipitur.'

Citharista Nonius 127, 7 'irascere pro irasci. Pomponius Etarista: noli' e. q. s. (Citharista Mercerus Hetaerisca Salmasius)

Collegium Nonius 104, 12 'expalpare, elicere ... Pomponius Collegio: si' e. q. s.

Concha Nonius 39, 1 'eliminare extra limen eicere ... Pomponius

---

24 sepe adnuit *Bamb.* sae annuit *W* 25 inuenibit *edd.* inuenit *libri* sepe *Bamb.* 26 perges *Bothius* 27 *sq.* datordosenno et fullonibus publiciter cibaria *libri* dato publicitus Dorsenno et f. cibaria *Bothius praeeunte* dato Dossenno *Mercero* dat scorto obscaeno et fullonibus publicitus cibaria *uersu quidem nullo Duentzerus Mus. phil. VI* 287 dato Dórsenno et fullonibus Públicitus c. *Munkius* 29 medio *Gramm. inc.* 30 neli *Leid.* 31 quisque *om. Leid.* suam moriri quisquam ut uxorem uelit *Bothius* 33 manet *libri*

CONDITIONES

Víx nunc quod edim inuénio: quid nam fíet, si quam
dúxero?

CRETVLA uel PETITOR

I (2)

bene éuenat! —
Ita sít: etiam tibi béne sit, qui recte óminas.

II (1)

bálnea
Forús macellus fána portus pórticus

DECVMA

. . non multi témeti, sed plúrimi

DECVMA FVLLONIS

'Et ubi insilui in cóleatum ecúleum, ibi tolútim tortor.

Conca: uos' e. q. s. Idem 292, 26 'eliminare est exire. Ennius Medea exule [II] Accius Foenissis [VII] idem Meleagro [VIII] Varro Serrano περὶ ἀρχαιρεσιῶν: occipitium arino deo ostendo, ex oraclo elimino me.' ('Pomponius climinabo' Bern. 'exorando elimino' Basil.) 'eliminare rursum excludere. Pacuuius Duloreste [XIV] Pomponius Concha: uos' e. q. s. (Concha Bas. Concla ceteri libri Coena Junius Bernensis lectio a Gerlachio allata huc pertinere uidetur, ut fabulae nomen et uersus principium in hoc cod. omissa sint)

Conditiones Nonius 507, 8 'edim pro edam ... Pomponius Conditionibus: uix' e. q. s.

Cretula uel Petitor Cf. Munkius 34 I Nonius 474, 9 'ominas. Pomponius Cretula uel Petiture: bene' e. q. s. (Petitore Bentinus) Candidati esse monet Gulielmius Veris. I 11 II Nonius 206, 18 'forum generis neutri. Masculini ... Pomponius Petitore: balnea' e. q. s.

Decuma Ad fullonis Decumam coniectura refertur. Festus p. 364 M. 'temetum uinum — Pomponius in Decima: non' e. q. s.

Decuma fullonis Nonius 4, 17 'tolutim dicitur quasi uolutim uel uolubiliter .... Pomponius Decuma fullonis: et' e. q. s. Idem 105, 15 'eculeos, deminutiuum ab equis M. Tullius in Hortensio dici uoluit ... Pomponius Decuma fullonius: ubi' e. q. s. Idem 182, 14 'tortor pro torqueor. Pomponius Fullonis ducum: et' e. q. s.

---

p. 292, *W p.* 39 liminabo *Leid. m. alt.* 34 qd̄nā̃ *Bamb.* 35 eueniat *libri* 36 et tibi *libri* hominas *W* 'Eueniat bene. — 'Ita sit et tibi *e. q. s. Munkius* 40 et *om. libri* 105 insiluit *libri* 105 coleatum *Turnebus Adu. XVII* 21 coleatum, *sup.* c, *Leid. p.* 182 cocleatum *libri plerique p.* 4 *et* 182 clocleatum *W p.* 4 culenarum *Leid. p.* 105 culeratum *ceteri libri p.* 105 codicatum *Bothius* cochleatum *Munkius* ubi tolutim *Leid. p.* 182

DIVES

Quóm palumbem ex óre tollit únum . . . . .

DOTATA

I (1)

Sció pol te illam amáre efflictim . . .

II (2)

Possum éxorare te út recedas á me paulispér modo? —
Quantísper sat habes?

ERGASTVLVM

I

Lónge ab urbe uílicari, quó erus rarentér uenit:
Nám non uilicári sed dominári est mea senténtia.

II

. . . . praesente amícis inter cénam

FVLLONES

I (2)

Quin érgo, quando cónuenit, conpléctite? —

Diues Nonius 219, 8 'palumbi ... masculino ... Pomponius Deuitae: quo' e. q. s. (Debita Junius de uite Aldina Diuite Bothius)
Dotata I Nonius 104, 24 'efflictim, uehementer ... Pomponius Dotata: scio' e. q. s. II Nonius 511, 31 'aliquantisper ... Pomponius Dotata: possum' e. q. s.
Ergastulum I Nonius 164, 28 'rarenter pro rare ... Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 186, 1 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse. Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 515, 28 'rarenter Caecilius Pausimacho [I] Nonius Exodio [IV] Ennius Andromacha ... conatur trabem. Ergastelo [45].' II Donatus in Ter. Eun. IV 3, 7 'absente nobis pro nobis absentibus. Pomponius in Ergastulo: praesente' e. q. s. (Pompeius Par. Lugd. Dresd. sine ergo istuc Par. Lugd. Dresd., ed. Taru. cum recentioribus sine ergo istac edd. Rom. Vind. Med.)
Fullones I Nonius 472, 32 'conplectite. Pomponius Fullonibus:

---

41 quo *libri. Possis etiam* qui: *uidetur autem sermo esse de eo, qui omittit unam palumbem, quam certam tenuit, ut incertas decem captet* palumbem unum ex ore tollit *libri* 45 unde *Bamb. p.* 515 uilicariae *libri p.* 515 eris *libri p.* 186 rus *Bamb. p.* 515 46 non, *om.* nam, *libri* id non *Bothius* sed dominari *om. Leid. p.* 164 mea est *libri p.* 186 non est uilicari, sed d. mea sententia *Munkius* 47 cenam d. o. *Lugd.* te nam d. o. *Dresd.*, *quod quid sit nescio*

Mihi fráter salue! — 'O soror, salué, mea!

II (1)

Fácite ut ignis féruat, ligna insípite, far concídite.

GALLI TRANSALPINI

Mars, tíbi uoueo factúrum, si umquam rédierit,
Bidénti uerre.

HERES PETITOR

I (1)

'Ita uelim faciás: iam pridem uólo lauatrinám laui.

II (2)

Heús aptate, púeri, munde atque ámpliter conuíuium!

HIRNEA PAPPI

Décimus mensis ést, cum factum est, íta fit, ita sempér solet:

quin' e. q. s. II Nonius 504, 26 'feruat pro ferueat. Pomponius Fullone: facite' e. q. s.

Galli Transalpini Gellius XVI 6, 7 'uidebimus, an oues solae, ut tu ais, bidentes dicantur, et an Pomponius Atellanarum poëta in Gallis Transalpinis errauerit, cum hoc scripsit: Mars' e. q. s. (Galliis Petau.) Macrobius Sat. VI 9, 4 'uerum procurandum mihi est, ne illud obrepat, quod bidentes epitheton sit ouium, cum Pomponius, egregius Atellanarum poëta, in Gallis Transalpinis hoc scripserit: Mars' e. q. s. Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam oues a Virgilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt. Nam nec duos dentes habent, et hoc quidem et genus monstri est: et melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate Pomponi in Atellana: Mars' e. q. s. ('Pomponii' Mercerus 'Pomponius' libri)

Heres Petitor I Nonius 504, 23 'laui etiam positum pro lauari. Pomponius Petitore Heredem: ita' e. q. s. II Nonius 511, 18 ampliter ... Pomponius Herede petitore: heus' e. q. s. (potitore Bamb.) Idem 234, 30 'aptum, compositum, paratum ... Pomponius: eius aptate' e. q. s.

Hirnea Pappi Nonius 40, 20 'uerminari positum torqueri, a

---

49 mi *edd. praeter princ.* soror *Bamb.* soro *ceteri libri* 50 insipite *Scaliger Coni. in Varr. p.* 45, *Gulielmius Veris. I* 11 instipite *libri* 51 mars≡tibi (s≡t *ex corr.*) *Voss. Gellii* factur≡um *Voss. Gellii* uouo facturum *uel* facturum uoueo *Fleckeisenus Epist. crit. ad M. Hertzium* 37 suumq[a] *Lugd.* su ũq[a] *Paris.* sium‿quã (*sic*) *Voss. Gellii* redierit *Gellius et Nonius* rediero *Macrobius* 52 bi≡denti (*eras.* l) *Voss. Gellii* 53 uolui *Bothius* lauatrinam *Lachmannus in Lucr.* 393 latrinem *Bamb.* latrinam *ceteri libri* 54 heus *libri p.* 511 eius *libri p.* 234 conuium *Bamb. p.* 511

Décumo mense démum turgens uérminatur, párturit.

KALENDAE MARTIAE

Vócem deducás oportet, út uideantur múlieris
Vérba. — Iube modo ádferatur múnus, ego uocém dabo
Ténuem et tinnulam . . . .
'Etiam nunc uocém deducam.

LAR FAMILIARIS

. . oro te, uáso, per lactés tuas

LENO

Cáseum molle

MACCVS

I

Quíd futurum est, sí pol hanc ego díscere artem atténderim?

II

Cónforisti mé, Diomedes.

uermibus, quod facile se torqueant.' (hyrnea W hernia Scaliger ad Fest. p. CCXIII Hernia aut hirnea sponsa Pappi Scaliger Cat. p. 490)

Kalendae Martiae Macrobius Sat. VI 4, 13 'deducta uoce .. sed haec ab illo fluxerunt, quod Pomponius in Atellana, quae Kalendae Martiae inscribitur, ait: uocem ... tinnulam et infra [60].' Cf. Munkius p. 49 sq.

Lar familiaris Priscianus VI 4 p. 686 P. (I 233 K.) 'hae lactes partes sunt intestinorum a Graeco γαλακτίδες dictae, et seruauerunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare haec lactis est ... Pomponius in Lare familiari: oro' e. q. s.

Leno Charisius I p. 60 P. (44 L.) 'caseus masculini generis est . . . sed Pomponius neutraliter dixit in Lenone: caseum molle.' (lenonem cod., ed. pr. Lenone uulgo) Incertus de orthogr. p. 2780 P. 'caseus ... Pomponius neutraliter dixit: caseum molle.'

Maccus I Nonius 238, 16 'attendere est intendere .... Pomponius Macco: quid' e. q. s. II Nonius 114, 12 'foria, stercora liquidiora. Pomponius Maccho: c. m. D.'

---

57 uideantur mulieris *Bothius* mulieris uideantur *libri* 58 iube ergo *Salisb.* afferatur unus *Par. f Borb.* ego uocem reddam tenuem et tinnulam *libri, nisi quod* tinnulem *Borb.* reddam ego tinnulam, *omissis reliquis*, *Bothius* tenuem et tinnulam Vocem ego reddam *Munkius* 61 uaso, *i. e.* uasate] baso *Halb. Amiens. Vind. Bamb. Bong. Erl. b* ba≡so *Barb.* basso *Sang.* bas≡̊ (e *eras. ut uid.*) *Grut.* base *Reg.* Basse *uulgo* 63 hanc ego *Munkius* ego hanc *libri* 64 conforiasti *Salmasius Exerc. Plin. p.* 385 *Cf. Schol. Iuuenal.*

MACCI GEMINI

I (5)

Sero ést: si sexta tíbi placet, ueníbo . . . .

II (3)

Iam égo inibi adero: dum égo reuortor, áge, anus, accinge ád molas.

III (1)

Ei périi! non puéllula est. numquíd nam abscondidísti
Intér nates?

IV (4)

Incépi contuí, conspicio cóleatam cúspidem.

MACCI GEMINI PRIORES

Quin bóno animo es! uideo érepisti prímiter de pánnibus.

MACCVS MILES

I (2)

nam cibária

Macci gemini I Nonius 508, 23 'uenibo pro ueniam. Pomponius Maccis geminis: sero' e. q. s. (in actis geminis Bamb.) II Nonius 469, 28 'accinge pro accingere.' (fort. 'accinge te') 'Pomponius Macchis geminis: iam' e. q. s. (Machis Bamb.) III Nonius 75, 27 'abscondit pro abscondidit. ('abscondidit pro abscondit' Rothius) 'Caecilius Exule [I] Pomponius Maccis geminis: perii' e. q. s. IV Nonius 470, 31 'intui et contui pro intueri ... Pomponius Macchis geminis: incoepi' e. q. s. (Machis Bamb.)

Macci gemini priores Non diuersam esse a fabula superiore ipse uersiculus reddit probabile. Cf. Ritschelius Parerg. I 135 Nonius 154, 25 'primiter pro prime, et primitus pro primo. Pomponius accius geminis: quin bono' e. q. s. Idem 488, 30 'pannibus pro pannis. Pomponius Macchis geminis: bono' e. q. s. (Machis Bamb.) Idem 506, 24 'es pro esto ... Pomponius Magis geminis: bono' e. q. s. Charisius II p. 188 P. (125 L.) 'primiter; Pomponius in Maccis geminis prioribus: bono animo es eripis primiter.'

Maccus miles I Charisius I p. 101 P. (72 L.) 'duorum; Pompo-

III 38 65 si sexta si *Bamb.* sexta si *ceteri libri* 66 inibi *Lipsius* mihi *libri* hic *Duebnerus Jahnii Ann. philol. V* 440 reuertor *Bamb.* amus *Bamb.* accingere *Leid. Bamb.* 67 ei *om. libri* puella *ante Aldinam* nunc quid abscondidisti *libri* num quid abscondisti *Aldina* 69 incoepi *libri* 70 quin *om. libri p.* 488. 506, *Charisius* est *libri p.* 154 uideo *om. Charisius* erepisti *Vossius* eripisti *libri p.* 488 eripis *libri p.* 154, *Charisii cod.* derepis *Nonius p.* 506 eripuisti *Junius Animadu. VI* 10 *ex uetusto codice* primit̃ *Bamb. p.* 488 da panibus *W p.* 154 71 nam

Vicém duorum mé comesse cóndecet.

II (1)

Cum cóntubernaleí pugnaui, quód meam cenam . . .

MACCVS SEQVESTER

Símile est, quasi cum in caélo fulgit própter lunam lúcifer.

MACCVS VIRGO

Praéteriens uidít Dossennum in lúdo reuerecúnditer
Nón docentem cóndiscipulum, uérum scalpentém natis.

MAEVIA

Díes hic sextust, cúm nihíl egi, díequarte emoriár fame.

MAIALIS

I (1)

. . . animos Vénus ueget uoluptátibus.

nius in Macco milite: nam' e. q. s. II Charisius I p. 99 P. (71 L.) 'contubernale: Pomponius in Macco milite: cum' e. q. s.
Maccus sequester Nonius 506, 8 'fulgit pro fulget ... Pomponius Maccho sequestre: simile est' e. q. s.
Maccus uirgo Nonius 516, 22 'reuerecunditer' ('uerecunditer' Bamb.) 'Pomponius Maccho uirginem: praeteriens' e. q. s. (Virgine Bothius)
Maeuia Gellius X 24, 5 'diequinte enim et diequinti pro aduerbio copulate dictum est, secunda in eo syllaba correpta .... uenit ecce illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Maeuia scribitur: dies' e. q. s. Macrobius Sat. I 4, 22 'modo diequinti, modo diequinte pro aduerbio ... uenit ecce illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Maeuia inscribitur: dies' e. q. s. (Maebia inscribitur Angl., duo Bodl. Gronouii et superscr. u Bamb. Mebia inscribitur Gud. Salisb. Med. a maeba i. Regin. Macrobii metui ascribitur optimi Gellii codd.)
Maialis I Nonius 183, 1 'ueget pro uegetat uel erigit uel uegetum

---

si cibaria *edd.* duorum solum me c. c. *cod., in quibus* solum *nisi glossema potius existimandum erit, in tertii uersus principio locum habebit* 73 contubernale *cod.* contubernale ego *Bothius* quod *edd.* q *cod.* quoad *Bothius* 74 *An :* simil est? quasi *edd.* quas *libri* 75 Dossennum *Bothius* dossensum *Bamb.* duossensum *celeri libri* discipulum *Duentzerus Mus. phil. VI* 287 76 uererum *Bamb.*

77 hec *Petau. Gellii* his *Paris. a Macrobii* sextust *Fleckeisenus Epist. crit. ad M. Hertzium* 29 sextus *libri* tertius *Scriuerius* nil *commendat Fleckeisenus* edi *Pontanus* die septime *Pon-*

II (2)

Miserét me eorum, quí sine frustis uéntrem frustrarúnt suum.

III (3)

cenam quaéritat:
Si eúm nemo uocát, reuortit maéstus ad maenám miser.

MARSYA

Arnobius adu. nationes II 2 'quia fornicem Lucilianum et Marsyam Pomponi obsignatum memoria continetis.' Cf. Munkius p. 87: Pomponi Secundi tragoediam intellegit Duebnerus in Jahni et Klotzii horr. philoll. 1830 p. 438

MEDICVS

Dolásti uxorem: núnc eapropter mé cupis
Concídere, et iam rhétorissas.

MVNDA

I (1)

Ego íllam non ampléctar? ego non sáuiem?

II (2)

Sí calendis dómi conuiuant, ídibus cenánt foris.

NVPTIAE

. pártem insipui cónclusi condépsui.

est. Pomponius Maiali: animos' e. q. s. II Nonius 473, 17 'frustro pro frustror. Pomponius Maiali: miseret' e. q. s. III Nonius 476, 1 'reuortit.'

Medicus Nonius 166, 1 'rhetorissat. Pomponius Medico: dolasti' e. q. s.

Munda I Nonius 474, 12 'sauies. Pomponius Munda: ego' e. q. s. II Nonius 474, 20 'conuiuant pro conuiuantur.'

Nuptiae Nonius 39, 12 'condepsere, commiscere, a Graeco tractum ... Pomponius Nuptiis: partem' e. q. s.

---

lanus emoriar *Scioppius* moriar *libri* *De forma* diequarte *cf. Fleckeisenus l. l.* 79 frustris *Bamb. et posteriore* r *comp. W Leid.* frustrarũ *Bamb.* 81 mestus *libri* maenam *mss. Gothofredi* menam *ceteri libri* 82 dolasti *edd.* dalasti *libri* 83 etiam *Bothius, qui alteri personae haec tribuit* 84 amplectare *Bamb.* sabiem *libri plerique* sabiaem *Bamb.* suauiem *Junius* 85 domi conuiuant *Duebnerus l. l.* 440 conuiuantur, *om.* domi, *libri* caenant *Bamb.* 86 insipui partem *Munkius* condempsui *W* p. in-

PANNVCEATI

I (6)

sed meus
Fráter maior, póstquam uidit mé ui deiectúm domo,
Núpsit posteriús dotatae uétulae uaricosaé uafrae.

II (1)

Sárculum hinc illó profectu's, íllim rediistí rutrum.

III (4)

Díxi ego illud futúrum: in prima uálua est, uix haerét miser. —
'Euannetur ét mea opera ut fiat fecero ócius.

IV (2)

. . quid? dedí nebuloni, quém pertisumst paúperem —

V (8)

paenulam ín caput
Indúce, ne te nóscat.

VI (3)

Múlier ubi conspéxit tam mirífice tutulatám truam

Pannuceati Nomen quid sibi uelit (cf. Macc. gem. pr.) maxime produnt V et VI, quorum posterius (cf. VII) non tam ad donum mulieri factum sed ad hominem in trua latentem, capite obuolutum spectare uidetur. I Nonius 143, 27 'nubere ueteres non solum mulieres, sed etiam uiros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt.' II Nonius 18, 21 'rutrum dictum est a radendo.' ('ruendo' Mercerus) III Nonius 19, 22 'euannetur dictum est uentiletur uel moueatur, a uannu, in qua legumina uentilantur.' IV Nonius 18, 32 'nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant; aut quibus ad fugam et furta haec erant accommodata et utilia.' V Nonius 537, 7 'paenula est uestis, quam supra tunicam accipimus.' (Pannuntiatis Bamb.) VI Nonius 19, 15 'truam ueteres a terendo, quam

---

sipaui contusi indepsui *Hildebrandus in Arnob. V* 29 insipaui *praecunte Junio* 88 ui *Mercerus* in *libri* 89 uafrae *Junius* afrae *libri* 90 profectus *libri* illim *Gifanius* illum *libri* redisti *libri, corr. Bothius De correpto* u *in* rutrum *Lachmannus in Lucr.* 36 91 heret *libri* miser *Bothius* misera *libri* 92 mea ocius opera ut f. f. *libri. Erat cum de* Orcinus *cogitabam* 93 pertesunt *libri* pertesum *Aldus* pertaesum est *Bothius* propter te siui *Mercerus* per te sum passus *Munkius* . pauperum *Bothius* 94 penulam *Bamb.* incede *Bamb. 'sed ea uix potest certo legi'* 96 conspexit *Bothius* aspexit *libri* titulatam *Basil.* truam *edd.* trulam *Basil.*

VII (5)

Neque ínterim cacándi causa úmquam incoxauí nate.

VIII (7)

Núnc rogas quid fíat? restis uílis est, uelét gulam.

PAPPVS AGRICOLA

I (1)

Néscio quis quási molam urget ásinus uxorém tuam,
'Ita opertis oculís simitu mánducatur ác molit.

II (3)

. . . . . . dómus haec feruit flágiti.

III (4)

Vólo scire ex te, cúr urbanas rés desubito déseris.

IV (2)

Núnc quando uoluísti facere, fác uoluptati sies
'Ibus.

PAPPVS PRAETERITVS

Populís uoluntas haéc est et uulgó data:
Refrágant primo, súffragabunt póst, scio.

nos diminutiue trullam dicimus, appellari uoluerunt.' VII Nonius 39, 8 'incoxare, in coxam sidere.' VIII Nonius 416, 15 'uelare est coperire, unde et reuelare nudare dicitur. Velare rursum legare.'

Pappus agricola Rus ex urbe inprouiso redeuntem Pappum intellegi fr. III probabiliter statuit Munkius p. 34 I Nonius 477, 4 'manducatur pro manducat.' II Nonius 498, 4 'genetiuus positus pro ablatino uel aduerbium loci ... Pomponius Pappo agricola: domus' e. q. s. Idem 503, 8 'feruit pro feruet ... Pomponius Agricola: domus' e. q. s. III Nonius 517, 28 'desubito ..... Pomponius Pappo agricola: uolo' e. q. s. IV Nonius 486, 19 'ibus pro his minus Latinum putat consuetudo, cum ueterum auctoritate plurimum ualeat ... Pomponius Papo agricola: nunc' e. q. s.

Pappus praeteritus Nonius 468, 7 'uagat, suffragantur. Pomponius Mappo praeterito: populis' e. q. s. Sisenna ... suffraganerunt.' Cf. Non. Papp. praet. (Pappo ed. 1526 Macco Rothius)

---

trullam *ceteri libri* 97 candida *W* incoxamui *W*, *et eraso* m *Leid.* nates *ms. Fabri* 98 rogas *uulgo* rogis *libri* uilis *Turnebus Adu. XXX* 9 biles *libri* 99 quasi molam urget] ellam urget quasi *libri* urget ellam qua *Bothius* 100 opertis oculis simul *libri* oculis opertis simitu *Bothius* molit *Junius* molet *libri* 101 fuerit placiti *libri p.* 498 102 res tam desubito *Basil.* 103 noluisti *Leid. Bamb.* sies Ibus *uel* sis ibus *Lachmannus in Lucr.* 262 105 datus *libri* uagas *edd.* uages *Bothius* 106 refragant primo, subfragabunt post scio *Rothius* refragabant per suffragabunt

PARCI (?)

Nón erat quod córpus tremulum fámula tutarét toga.

PATRVVS

Mírum facies fátue, sistud nímium mirabís diu.

PHILOSOPHIA

'Ergo, mi Dossénne, cum istaec mémore meministi, índica
Quí illud aurum abstúlerit. — Non didici áriolari grátiis.

PICTORES

I (3)

. . pappus híc medio habitat, sénica non sescúnciae.

Parci Nonius 476, 10 'tutant ... Pomponius Partis: non' e. q. s. (Parcis Bothius 2 Patruo ed. 1526)
Patruus Nonius 474, 25 'mirabis. Pomponius Patruo: mirum' e. q. s. (Pappo Junius)
Philosophia Nonius 514, 23 'memore pro memoriter. Pomponius Philosophia: ergo' e. q. s. (phophia ms. Junii Philosopha Bothius Philosopho Gebhardus Philosophis Duentzerus Mus. phil. VI 285) Priscianus XV 4 p. 1014 P. 'Pomponius de philosophia: cum istaec memore meminit, pro memoriter.' Et nomen fabulae et uersus commentatus est Mercerus
Pictores. Sed dubium est, an non forte pro Piscatoribus potius habendi sint, praesertim cum ipsa codicum scriptura fr. V et VI (Pistoribus) eo ducere uideatur. Vtique horum duorum uersuum sedes ambigua est I Nonius 17, 20 'senica significat senex.' II Nonius 17, 15

---

post scio *Bamb.* refragabunt pro subfragabunt p. s. *celeri libri. Quae uulgo pro corrupto et manco lemmate habita sunt, in quo* suffragant pro suffragantur *Junius* refr. pro refragabuntur *V. D.* 107 quod *Aldina* quid *libri* quae *Bothius* 2 *An*: qui, *i. e.* quo? 108 si stud nimium *Lachmannus in Lucr.* 197 sistudium *libri* si istud studium *Vossius* 109 mi Dossenne *Mercerus* ni dossedne *libri* mi philosophe *Duentzerus* istaec *Bamb.* istahec *ceteri libri* memorero *Bamb.* 110 quid *W* illud malum *Palat.* arilari *W* hariolari *ceteri libri* gratiis *Mercerus* gratis *libri* 111 hic medio *libri* hic in medio *Aldus* hac in aedi *Scaliger Coni. in Varr. p.* 80 his in aedibus *Gulielmius Veris. II* 16 seneca *Leid.* sescunciae *Turnebus Adu. XVII* 23, *Gulielmius* sescuntiae *Leid.* sescuntia *ceteri libri* sesquisenica *Scaliger*

II (2)

Mágnus manducó camellus . . . canthérius

III (5)

'Ipsus cum uno séruo senex intéstato proficíscitur.

IV (1)

'Asside, si quá uentura est áliqua strena strénue

V (6)

Quae túleram mecum mília decém uictoriáta,
In Graéca mercede ílico curáui ut occupárem.

VI (4)

Númmos certos dícas. — Dico quínquaginta mília.

VII (7)

Mírum ni haec Marsa ést, in colubras cállet canticulam . . .

PISCATORES

I (3)

Quíd habes in surpículis, calue? — 'Omne piscatí genus.

II (1)

Néscio quid, sed nón est hoc merum híc quod plorat . . .

'manducones, qui manduci dicti sunt, et mandones, edaces.' III Nonius 323, 27 'intestatus est, qui sine testamento perit. Intestatus est rursum, cuius uerbis fides non habetur.' IV Nonius 17, 1 'strena dicta est a strenuitate.' V Nonius 356, 7 'occupare, collocare.' VI Nonius 280, 18 'dicere etiam promittere. Pomponius in Pistoribus: nummos' e. q. s. VII Nonius 482, 7 'sic et callet illam rem pro illa re. Pomponius Pictoribus: mirum' e. q. s. (Pistoribus W m. pr.)

Piscatores I Nonius 488, 15 'piscati pro piscatus. Pomponius Piscatoribus: quid' e. q. s. II Nonius 344, 13 'merum, sincerum.

---

112 manducus *libri* camellus *libri Turnebi Adu. XVII* 23 camillus *ceteri* camelus *Mercerus* camelus es *Bothius* canterius *libri* magnús camelus mánducus c. *Munkius* m. camelus, cantharus, cantherius *Naekius in Niebuhrii Mus. Rhen. III* 416 '*ludens*' 113 seruo int. uno senex *Bothius* 114 alia *libri* strenue *Collectio Pisaurensis p.* 377 strenae *libri* 115 uictoriatum *Junius in mg.*, *Gulielmius Veris. II* 16 116 Greca *libri* 118 colubres *Bamb.*
canticulam *Leid. Bamb.* canticulum *ceteri libri* 119 syrpiculis *libri* picati *W* 120 sed *om. libri* quod hic *libri*

III (2)

Quid hoc ést tumulti?

PISTOR

I (1)

Décipit uicínos: quod moléndum conduxít, comest.

II (3)

Nám plus quaesti fácerem, quam quadrínas si haberém molas.

III (4)

. fit desubito hílarus tristis, sáltat ridens, ríngitur.

IV (2)

. . nisi nunc áliquis subito óbuiam occurrít mihi,
Qui óquiniscat, quó conpingam términum in tutúm locum

PLACENTA

rústici
Edúnt libenter trístis atros íntibos.

PORCETRA

I (1)

Gellius XVIII 6 'ex eo libro' (Aelii Melissi de loquendi proprietate) 'uerba haec sunt: matrona est, quae

Pomponius Piscatoribus: nescio' e. q. s. III Nonius 484, 2 'tumulti pro tumultus ... Pomponius Piscatoribus: quod' e. q s. (Piscatoris W)

Pistor I Nonius 81, 21 'comest pro comedit ... Pomponius Pistore: decipit' e. q. s. II Nonius 483, 25 'quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus .... Pomponius Pistore: nam' e. q. s. III Nonius 517, 29 'desubito .... Pomponius Pappo agricola [III] idem Pistore: fit' e. q. s. IV Nonius 146, 24 'oquiniscere est proprie inclinare. Pomponius Prostibulo [I] idem Pistore: nisi' e. q. s.

Placenta Nonius 209, 4 'intiba generis neutri ... masculini Lucilius Satirarum lib. V: intibus praeterea pedibus praetensus equinis. Idem XXX: pulmentaria, ut intubus ... Pomponius in placenta: rustici' e. q. s. (piacenta Leid.)

Porcetram, Porcariam, Porcum unam eandemque fabulam habeo.

121 quid *Aldina* quod *libri* 123 rinas, *superscr.* quadri, *Leid.* quadrina *Bamb.* malos *W* 124 fít desubito hílarus *uulgo* altat *Bamb.* ridet *coni. Munkius* 126 in tutum in totum locum *Leid.*
128 libenter pedibus tristis *libri* l. paedidos t. *Gulielmius Veris. I* 11 l. dapibus t. *Mercerus* l. pedibus tritos *Munkius* adros *Leid.* acres

semel peperit; quae saepius, mater familias: siculi sus, quae semel peperit, porcetra; quae saepius, scrofa . . . de porcetra habet sane auctorem Pomponium in Atellania, quae hoc eodem uocabulo inscripta est.'

II (2)

. hóc sciunt omnes, quántum est qui cossím cacant.

III

Décedo cacátum in . . . . . . uepréculam.

PRAECO POSTERIOR

I (2)

Séd me exercet sénica nequam, néque illo quid faciám scio.

II (8)

Vís facere ut nouérca uetulum dérepente déserat?

III (9)

Ad Véneris est proféctus mane uétulus uotum ut sólueret,
Ibi núnc operatus ést.

IV (1)

cálue, adportas núntium
Nóbis disparém, diuisum: huíc seni senium ét metum.

De Porcaria cf. Ritschelius Pareg. I 141 II Nonius 40, 29 'cossim dictum, quasi coxim. Pomponius Porcaria: hoc' e. q. s. III Nonius 231, 13 'uepres ... feminino Pomponius Porto per hypocorisma: decedo' e. q. s. (Portitore Junius in mg. Porco Bothius)
Praeco posterior Cf. Ritschelius Parerg. I 134 I Nonius 17, 21 'senica significat senex. Pomponius Pictoribus [I] idem Praecone posteriore: sed' e. q. s. II Nonius 518, 16 'derepente ... Pomponius Praecone posteriore: uis' e. q. s. III Nonius 523, 10 'operari est deos religiose et cum summa ueneratione sacrificiis litare, uel conuiuari. Pomponius Praecone posteriore: ad' e. q. s. (posterior Bamb.)
IV Nonius 2, 27 'senium est taedium et odium ..... Pomponius

Aldina 129 sciunt hoc *Bothius* 130 decedo cacatum uepra est ueprecula *libri, sed* decedo cacatum *om. Leid. Videntur igitur Pomponii quaedam excidisse, haec autem:* uepra est ueprecula *Nonii esse interpretis.* dede, cedo, cacatum: uipera est in ueprecula *Junius in mg.* decedo cacatum, uide prope est ueprecula *Munkius* 131 sed me sed exercet *W* 133 profectus est *Bamb.* profectu est *ceteri libri* profectu'st *numeris trochaicis Munkius* 134 operatu'st *idem*
135 Calue *Bamb.*

V (6)

'At te di omnes cúm consilio, cálue, mactassínt malo!

VI (5)

Sí sciam quid uelís, quasi serui cómici conmíctilis

VII (3)

Térgum uarium, línguam uafram

VIII (4)

'Age modo: sta, gárri: particulónes produc ántibus.

IX (7)

Quót laetitias ínsperatas módo mi inrepsere ín sinum!

X (Nou. Pr. post.)

Ego dédita opera té, pater, solúm foras
Sedúxi, ut ne quis ésset testis tértius
Praetér nos, tibi cum tónderem labeás lubens.

PRAEFECTVS MORVM

I (1)

'Vt si qui est amíci amicus, gaúdet si cui quíd boni

Praecone posteriore: calue' e. q. s. V Nonius 342, 11 'mactare malo adficere significat ... Pomponius Praecone posteriore: at' e. q. s.
VI Nonius 83, 2 'conmictilis. Pomponius Praecone posteriore: si' e. q. s. (p̃con Bamb.) VII Nonius 19, 31 'uafrum est callidum et quasi ualde Afrum et urbanum.' VIII Nonius 20, 5 'particulones dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant.' IX Nonius 500, 26 'accusatiuus pro nominatiuo.' X Nonius 210, 24 'labeae rursum feminini ... Nouius Macco exule ... idem Praecone posteriore: ego' e. q. s. Errasse Nonium in referendo poëtae nomine persuasit Ritschelius Parerg. I 134
Praefectus morum I Nonius 118, 14 'germanitus, fideliter,

---

138 uis *Bothius* commictilis compositi *W in mg.* **140** sta, Cai *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 775 producam tibi *edd.* **141** quot *Junius* quod *libri* inspiratas *Bamb.* mihi *libri* quot laetitias insperatas modo mi inrupere in sinum, *omisso quod praecesserit subiecto, Ritschelius de epigr. Sor. p.* 20: *nominatiuum pluralem Oscorum more positum censet Bergkius in Ephem. suis* 1851 *p.* 17 **142** ego *Junius* ergo *libri* **144** tunderem *Junius* **145** si quis est *libri* amicus amici *libri* amico amicus *Junius* si cui quid *Duebnerus l. l.* 441 sicut quid *Bamb.* sicut qui *ceteri libri*

'Euenit . . . cuius amícus est germánitus.

II (2)

. . pater adést: negato esse híc me: ego operibó caput.

PROSTIBVLVM

I (5)

Vt núllum ciuem paédicaui pér dolum,
Nisi ípsus orans últro qui oquinísceret.

II (6)

Sí ualebit, púls in buccam bétet: sic dixín schema?

III (4)

. ego quaero quód edim, hae quaerunt quód cacent: contráriumst.

IV (3)

'Ego rumorem párui facio, dúm sit rumen qui ímpleam.

V (2)

Cóntinuo ad te cénturiatim cúrrent, qui paném petent.

VI (7)

quaé peditibus núbere

dictum a germanitate.' II Nonius 507, 31 'operibo pro operiam.' Prostibulum I Nonius 146, 22 'oquiniscere est proprie inclinare.' II Nonius 224, 33 'schema feminino genere dici ueterum usurpat auctoritas ... Pomponius Prostibulo: si' e. q. s. III Nonius 84, 1 'comedim pro comedam .... Pomponius Prostibulo: ego' e. q. s. Cf. Nouii Bubulcus IV Nonius 18, 15 'rumen dicitur locus in uentre, quo cibus sumitur, et unde redditur; unde et ruminare dicitur.' V Nonius 18, 12 'centuriatim dictum est abundanter et copiose; a centuriis, quae suffragium in comitiis ferebant.' VI Nonius 394, 15 'spurcum significat obscenum et impurum et lutulentum ... Pomponius Prostibulo:

---

146 cuius amicus *ante Junium* cui amicus *libri* *Senarii uulgo continuantur* 147 adest *Bentinus* atest *libri* at st *Scaliger Coni. in Varr. p.* 24 adest. — St *Schegkius Praem. ep.* 10 *ap. Grut. IV* 908 pater! — At st' *Munkius* 148 at *Bothius* pedicaui *libri* 149 ipsius *W* ultroque *Junius* 150 ualebit plus *libri* ualebit puls, *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 777 betet *idem* uetet *libri* uertet *Bothius* 2 si dicin *libri* sic dicin' *Bothius* sic dicam *idem* 2 sic dicunt *Munkius* 151 comedim *Munkius* has *libri Cf.* 140 quod *edd.* quos *libri* contrarius est *libri* contrarium est *Munkius* 154 peditibus *ms. Casauboni* pedibus *ceteri libri*

Póterant, equites spérant spurcae.

VII (8)

Quis híc est? quam obrem hic próstat? rictum et lábeas cum consídero —

VIII (1)

Iámne abierunt? iám non tundunt? iámne ego sum in tutó satis?
Núnqui hic restitít, qui nondum lábeas lerarít mihi?

PYTHO GORGONIVS

Hominém beatum, quó illae peruenímbunt diuitiaé! . .

QVINQVATRVS

Vénit nos rogátum quando nóstrae essent Seplásiae.

RVSTICVS

Quid núnc uis fieri? — Vérrem sume dápsile ac dilúcide

SARCVLARIA

Altér amat potat pródigit, patrém suppilat sémper.

quae' e. q. s. VII Nonius 456, 1 'rictum ferarum dici uolunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere ... item Pomponius Prostibulo: quis' e. q. s. VIII Nonius 18, 1 'delerare' (delirare Bamb.) 'est de recto decedere: lera' (lira Bamb. Leid. Montisp.) 'est autem fossa recta, quae contra agros tuendos ducitur, et in quam uligo terrae decurrat. Pomponius Prostibulo: iamne .... mihi? id est, confoderit.'
Pytho Gorgonius Cf. Munkius p. 41 Nonius 508, 4 'peruenibunt. Pomponius Pintone Gorgonio: hominem' e. q. s. (Pithone ed. 1526 Pythone Scaliger Coni. in Varr. p. 151)
Quinquatrus Nonius 226, 18 'Seplasia feminini ... Pomponius Quinquatribus: uenit, inquit, rogatum' e. q. s.
Rusticus Nonius 513, 26 'dapsile. Pomponius Rustico: quid' e. q. s.
Sarcularia Cf. Caecili Rastraria. Nonius 13, 1 'suppilare est inuolare uel rapere, a pilorum raptu, unde et furtum passi compilati dicuntur ... Pomponius Sarcularia: alter' e. q. s.

---

157 sum *in Gerlachii ed. uncis inclusum est, quod quid sit nescio* 158 nunquis *libri* resistit *libri* restat *Bothius* 159 quod *W* illae *edd.* ille *libri* 160 uenit nos rogatum *Bothius* uenit inquit rogatum nos *libri, nisi quod* inquid *Leid.* sint *Bothius* Seplasiae *edd.* Seplesiae *libri* *An:* 'uéni', inquit, 'rogatum quando uostrae essent Seplasiae.'? 162 amat potat *Gulielmius Veris. I* 11 amad portat *libri*

SATVRA

I

Cuiúsuis leporis Líber diademám dedit.

II

Blánda falláx superba ínpotens
Discórdis

III

Non frústilatim, néc minutatím dari

SPONSA PAPPI

Pol mágis curabo, ut úbi cognorint, ómnis una adséntiant.

SYNEPHEBI

Charisius I p. 108 P. (77 L.) 'incolume. Cicero . . . quo stante et incolume. Pomponius quoque in Synephebis: incolume illo.' Cf. Ritschelius Parerg. I 133

SYRI

I (2)

Quídam apud forúm praesente téstibus mihi uéndidit.

Satura I Priscianus VI 2 p. 679 P. (I 222 K.) 'Pomponius in Satura: cuiusuis ... dedit, pro diadema.' (Pompinius Reg. Pompinius Halb. Erl. a) II Priscianus VI 18 p. 726 P. (I 288 K.) 'discors discordis ... antiquissimi tamen solebant genetiuum similem proferre in his nominatiuo. Caecilius ... Pomponius in Satura: blanda' e. q. s. III Nonius 112, 9 'frustatim et frustilatim, per frusta, ut minutatim. Pomponius Verre aegroto [I] Saturarum: non' e. q. s. (Lucilius Saturarum Junius Ennius Sat. Planckius)

Sponsa Pappi Nonius 275, 24 'cognoscere est audire, aestimare ... Pomponius Pansa Pappi: pol' e. q. s. Idem 469, 20 'adsensit est et passiuum ... Pomponius Sponsa Pappi: pol' e. q. s. (pansa pappipole Gen. p. 275 Papi W p. 469)

Syri Scopas intellegi posse monuit Munkius I Nonius 154, 16 'praesente, coram uel praesentibus. Pomponius Syris: quidem' e. q. s.

---

163 cũ sui lepolris *Amiens.* deademam *Grut.* deiadimam *Sang.* 164 balanda *Bong.* fallax (ll *sup. ras.*) *Grut.* flallax *Amiens.* 166 minutim *W*, *et superscr.* ta, *Leid.* 167 e magis *libri p.* 275 curabo *om. libri p.* 469 ut *Duebnerus l. l.* 441, *Lachmannus in Lucr.* 362, *om. libri* cognorit *libri p.* 469 omnes *libri p.* 275 assentiant *libri p.* 275 168 quidam *Junius* quidem *libri*

II (1)

Lápatium nullum útebatur, lárdum lurchabát lubens.

VACCA uel MARSVPPIVM

. . simul intró ueni, accessi ád patrem, prendí manum:
'In terram, ut cubábat, nudam ád eum ut conquexi, ínterim
Múlieres conspíciunt.

VERMIONES

I (2)

aperíbo, non possúm pati:
'Orcus est, quem amáre coepi: pínguis, non pulchér puer.

II (1)

39 nihil *β* recte[um] *β* rectum *S* 40 *Vtitur Walterus Burley* 41 neminem, minime *G* neminime *Palat.* neminem nisi *f* *Cf. Ciceronis Cat. mai.* 18, 66 42 *Vincentius Bellouacensis V* 10 testium *f* 43 auxilia infirma firma *T. Faber* confessus *β* 44 sic excedunt *f* 47 *Menandri Monost.* 317 *λαβὼν ἀπόδος, ἄνθρωπε, καὶ λήψῃ πάλιν* multa recipit *γ* plura accepit *S* plurima accipit *Vincentius Bellouacensis IV* 53 48 *Menandri Monost.* 749 *χάριν λαβὼν μέμνησο καὶ δοὺς ἐπιλάθου* *Seneca de mor.* 67 'beneficii accepti numquam oportet obliuisci, dati protinus.' *Cf. idem de benef. II* 11, 2 accepti numquam *susp. O* 49 libertatem est uendere *β*, *Bentleius* lib. uendere est *antea* est libertatem uendere *Vincentius Bellouacensis IV* 53 50 *Gellius XVII* 14 'Publius mimos scriptitauit . . . huius Publii sententiae feruntur pleraeque lepide et ad communem sermonum usum commendatissimae, ex quibus sunt istae singulis uersibus circumscriptae, quas libitum hercle est adscribere [282 50 158 104 91 174 187 175 519 522 496 342 326 357].' *Macrobius Sat. II* 7, 10 'Publii auten sententiae feruntur lepidae et ad communem usum adcommodatissimae, ex quibus has fere memini singulis uersibus circumscriptas [50 158 104 91 174 187 175 519 326 357 522 496 342].' *Ioannes Saresberiensis Policr. VIII* 14 'redit iterum Publ. Clodius, ut ipsius pauca subiciam' *e. q. s.* 'ait ergo: beneficium' *e. q. s.* dando accipit *f* accepit dando *Saresberiensis* Probo beneficium qui dat, ex parte accipit *aliter* Quicquid bono concedis, das partem tibi *aliter*
51 dare qui *g*, *Bentleius* qui dare *libri*, *Vincentius Bellouacensis IV* 46 52 ubi das, omnes obligas *Egγ* [ubi das] omnes obliges *β* ubi des, omnes obliges *Bentleius tacite*

beneficium qui dedísse se dicít, petit.*
benefícium saepe dáre docere est réddere.*
bene pérdis gaudium, úbi dolor paritér perit.* G
bene pérdit nummos, iúdici quos dát, nocens.*
bene uíxit is, qui pótuit cum uoluít mori.* G
bene uúlgo audire est álterum patrimónium. *
benígnus etiam dándi causam cógitat. *
bis ést mori alteríus arbitrió mori.*
bis grátum est, quo dato ópus est, ultro si ófferas.*
bis ínterimitur, quí suis armís perit.*
bis péccas, cum peccánti obsequium accómmodas.*
bis uíncit, qui se uíncit in uictória.*
blandítia, non império fit dulcís Venus.* (β)
bona cómparat praesídia misericórdia.*
bona fáma in tenebris próprium splendorem óbtinet.*
bona mórs est omnis, uítae quae extinguít mala.* (β)
bona némini hora est, út non alicui sít mala.*

---

53 *Cf. Seneca de benef. II* 11, 2 se dedisse qui dicit *Eg* qui se dedisse dicit *Vincentius Bellouacensis IV* 52 54 dare *om. γ* est docere *Vincentius Bellouacensis IV* 46 55 perdas *Sartorius* 56 iudici quos *ex Leid. Bentleius* iudici cum *antea, β* iudicium qui *f* 57 Satis est beatus, qui potest, cum uult, mori *aliter* 58 uulgo *om. f* alterum p. est *f* Honestus rumor alterum est p. *aliter, etiam β* Probo bona fama maxima est hereditas *aliter* Bona opinio hominum tutior pecunia est *aliter, β* (bona hominum opinio tutior est p. *Vincentius Bellouacensis V* 67) καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε *Menandri Monost.* 285 59 et *Vincentius Bellouacensis IV* 46 causam dandi *B* excogitat *Fg* 60 *Ita cum Bothio Ritschelius Sched. crit.* 16 bis emori est alterius arbitrio mori *FS, et* (*nisi quod* emori *bis*) *G*, *item M. Gudius in Phaedr. I* 6, *Bentleius e codd. suis* bis enim mori e. a. a. m. *gfβγ* 61 gratum est *e codd. suis Bentleius, Vincentius Bellouacensis IV* 46 est gratum *antea, β* quod *libri* dato *Bentleius, om. libri* ultro si *Egh, Bentleius* si ultro *fβγ* sed *Vincentius* 63 *Cf. Seneca Troad.* 291 'qui non uetat peccare, cum possit, iubet.' peccato *f, Vincentius Bellouacensis IV* 106 168 *V* 8 bonus animus numquam erranti obsequium accommodat *aliter, β* 64 qui se in uictoria uincit *f, Vincentius Bellouacensis IV* 77 66 *Cf.* 513 bona praesidia comparat *Vincentius Bellouacensis IV* 67 68 omnis *Bentleius, om. cod. Trin.* animi *Cottonian.* homini *ceteri libri* (bona homini mors est *G*) uitae] animi *aliter* 69 *Menandri Monost.* 428 οἷς μὲν δίδωσιν,

bonárum rerum cónsuetudo est péssima.*
bona túrpitudo est, quaé periclum uíndicat.
boni ést uiri etiam in mórte nullum fállere.
bonitátis uerba imitári maior málitia est.*
bonó iustitiae próxima est seuéritas. *(β)
bonórum crimen ést officiosús miser.*
bonum ést fugienda aspícere in alienó malo.*
bonúm suppremitur, át nequaquam extínguitur.
bonus ánimus laesus gráuius multo iráscitur. *(β)
breue amáns est ipsa mémoria iracúndiae. *(E)
breuis ípsa uita est, séd malis fit lóngior.* G
Caecí sunt oculi, cum ánimus alias rés agit.* t
carét periclo, qui étiam cum est tutús, cauet.* St
casta ád uirum matróna parendo ímperat.*
casús quem saepe tránsit, aliquando ínuenit.* S
caue amícum credas, nísi si quem probáueris.
caue quícquam incipias, quód paeniteat póstea.

οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη ut non alicui mala *f* ut non sit mala alicui *γ* 70 est pessima *Bentleius* pessima est *β*, *antea*, *Vincentius Bellouacensis V* 43 rerum bonarum consuetudo est optima *F ex ms.* 71 turpido (tu) *β* iudicat *f* 72 *Martinus Dumiensis de form. hon. uitae* 2, 6 73 *Cf.* 278 283 305 319 *Menandri Monost.* 352 *μισῶ πονηρὸν, χρηστὸν ὅταν εἴπῃ λόγον.* maior malitia *g h S β* malitia maior *G* bona uerba mercari maior est malitia *Vincentius Bellouacensis IV* 129 74 est *om. γ* 76 aspicere fugienda *β* *Vincentius Bellouacensis IV* 27 'ex prouerbiis sapientum . . . bonum est in alieno malo fugienda aspicere' 77 bonum supprimitur *b* bonum quod est si premitur *mss. Gruteri* bonum quod est. (si ob) suprimitur. nunquam (nequaquam) extinguitur *β* b. quidem supprimitur *f* b. quidem opprimitur *γ* b. si premitur *B* b. tametsi supprimitur *Eg* at nequaquam *B* nequaquam, *om.* at, *libri, nisi quod* nunquam, *superscr.* nequaquam, *β* sed nequaquam *b* nequam *S* numquam *Tzschuckius* non *Eg* 78 *Cf.* 175 multo grauius *fh* inultus grauius *Vincentius Bellouacensis IV* 133 79 breue amans est ipsa *P* breue[s] men[s] ipsa est *β* breue amans ipsa *uel* breuis amans ipsa *codd. Gruteri* breuis mens ipsa est *f g S* breuissima esto *G ex coni.* breue uenenum ipsa est *coni. Casp. Orellius* memoratio iracundiae *uel* memorata iracundia *codd. Gruteri* 80 *Cf.* 353 81 caeci sunt oculi aliis quando rebus attenti sunt animi *t* 82 caret crebro periculis qui tutus in prosperis cautus est *t* metuendum semper est ei quod tutum uelis *aliter* 85 nisi si *B* nisi *celeri* 86 *Ita B*

cicátrix consciéntiae pro uúlnere est.
citiús uenit períclum, cum contémnitur. *
cito ígnominia fít superbi glória.*
cito ínproborum laéta ad perniciém cadunt. *
comés facundus ín uia pro uéhiculo est.* *t
consuéta uitia férimus, non repréndimus.* (E)
contrá felicem uíx deus uirés habet.
contra ínpudentem stúlta est nimia ingénuitas.* G
cotídie damnátur, qui sempér timet.* t*
cotídie est detérior posteriór dies.*
crimén relinquit uítae, qui mortem áppetit.*
crudélem medicum intémperans aegér facit.*
crudélis est in re áduersa obiurgátio.* t*
crudélis lacrimis páscitur, non frángitur.* G
cui nólis saepe irásci, irascarís semel.* G
cui núsquam domus est, síne sepulcro est mórtuus.*
cui omnés bene dicunt, póssidet populí bona.* St
cui plús licet quam pár est, plus uult quám licet.*

---

caue ne quicquid incipias quod post poeniteat *f* caue ne quidquam incipias quod post poeniteat *ceteri* 87 *Cf. Plutarchi de tranq.* 19 *ἡ σύνεσις . . . οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ, τῇ ψυχῇ τὴν μεταμέλειαν αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύσσουσαν ἐναπολείπει* 88 euenit *Vincentius Bellouacensis IV* 27 89 fit ignominia *Vincentius IV* 122

90 *Vincentius Bellouacensis IV* 159 91 *Gellius XVII* 14 *Macrobius Sat. II* 7 *Io. Saresberiensis Policr. VIII* 14 (*cf.* 50) facundus comes *Salisb. Med. a Macrobii* in uia pueculo (*in mg.* uehiculo) est *γ* pro uehiculo est in uia *t* 92 *Cf.* 7 ferimus non reprendimus *libri plerique*, *etiam Bentleiani*, *nisi quod* reprehendimus *β* ferri non reprehendimus *f* ferimus nisi reprehendimus *g* ferimus, noua reprendimus *Bentleius* 95 cotidie morte mulcatur qui cum timore conscientiae suae uersatur *t* 96 *Cf. Seneca Hippol.* 776 'horaque Semper praeterita deterior subit' dies fides *β* quotidie e. d. dies posterior *f* 97 *Cf. Senecae Controu.* 8, 4 'nescio cuius criminis sibi conscius confugit ad mortem.' 98 aeger *om. fβ* intemperanti *Vincentius Bellouacensis IV* 155 99 *Cf.* 111 534 in re aduersa est *Pβ* subiurgatio sceba uel saeua *t* 102 cui nusquam *h* cui numquam *E* exsuli ubi nusquam *fβ* exul ubi nusquam *γ* exul is cui nusquam *G*, *etiam Bentleius* mortuus est *β* 103 bene dicent *t* intendunt *Walterus Burley* populi (populorum *t*) possidet bona *tS*

104 *Gellius XVII* 14 *Macrobius Sat. II* 7 *Io. Saresberiensis Po-*

cui sémper dederis, úbi negas, rapere ímperas.*
cuiuís dolori rémedium est patiéntia.*
cum amés, non sapias, aút cum sapias, nón ames.
cum dás auaro praémium, ut noceát rogas.
cum inimíco nemo in grátiam tutó redit.* t*
cum uítia prosunt, péccat qui recté facit.*
Damnáre est obiurgáre, cum auxilio ést opus.*
damnáti lingua uócem habet, uim nón habet.
damnum áppellandum est cúm mala famá lucrum.*
delíberando díscitur sapiéntia. S
delíberando saépe perit occásio.* G
delíberandum est diú, quod statuendum ést semel.*
delíberare utília mora tutíssima est. *
deméns est, quisquis praéstat errorí fidem. S
deós ridere crédo cum felíx uocat.
despícere oportet, quídquid possis pérdere.*
desúnt inopiae paúca, auaritiae ómnia.*

---

licr. VIII 14 (*cf.* 50) licet aut (*del.* licet) *Med. a Macrobii* plusquam uultquam *Reg. Lugd. Gellii* 105 saepe *g* nisi negas *γ* neges ... imperes *P β* 106 cuius *Vincentius Bellouacensis IV* 79 *et* 112 patientia remedium est *idem* 112 107 *Cf.* 16 108 noceas *f* 109 cum minuto *γ* cito redit *gh* ingratuitu reuertitur *t* 111 *Cf.* 99 damna ne obiurgare *f* dampnare obiurgare *β* 112 damnati G damnat *f* damnat quae *P ex coni.* 113 *Menandri Monost.* 6 *ἅπαν τὸ κέρδος ἄδικον ὂν φέρει βλάβην et* 301 *κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει et* 586 est appellandum *Vincentius Bellouacensis V* 67 114 discitur *P ex coni.* dicitur *f* mora omnis odio est, sed facit sapientiam *aliter*, *Vincentius Bellouacensis IV* 94 116 diu *om. β* saepe *f* quicquid *fβγ* semel *om. γ* diu deliberandum, statuendum est semel *B. Hinc sumpta uidentur M. Hauptio Phil. III* 378 diu deliberata cito facito *Walteri Burley*, *quae* diu deliberata perficias cito *idem correxit* 117 est tutissima *β* 119 ridere *Palat.* reddere *f* rideri *B* uocat *G* uocet *f* fouet *Palat.* 120 aspicere *Trin. Sidn. βγh* quidquid possis perdere *Bentleius e Trin. et Sidn.* quid possis perdere *f* quod possis .. perdere *β* quod potes perdere *γ* quod (quae *h*) possis deperdere *ante Bentleium* aspicere oportet, quidquid nolis perdere *aliter G* 121 *Seneca Controu. III* 18 usus colore est et Publianam sententiam dixit: abdicationes, inquit, suas ueneno diluit. Et iterum mortem, inquit, meam effudi. Memini nos, cum loqueretur de hoc genere sententiarum, quo iam infecta erant adulescentulorum omnium ingenia, queri de Publio, quasi iam ille

diés quod donat, tímeas: cito raptúm uenit.*
diffícilem oportet aúrem habere ad crímina.*
discípulus est prióris posteriór dies.*
discórdia fit cárior concórdia.*
diu ápparandum est béllum ut uincas célerius.* t*
dolór decrescit, úbi quo crescat nón habet.*
ducis ín consilio pósita est uirtus mílitum.*
dulce étiam fugias, fíeri quod amarúm potest.
dum uíta grata est, mórtis conditio óptima est.*
Effúgere cupiditátem regnum est uíncere. *
eheú quam miserum est fíeri metuendó senem!
erípere telum, nón dare irató decet. *t
est ípsa cupiditáti tarda céleritas. S

---

hanc insaniam introduxisset. Cassius Seuerus summus Publii amator aiebat non illius hoc uitium esse sed illorum, qui illum ex parte, qua transire deberent, imitarentur: mitterent ea quae apud eum melius essent dicta quam apud quemquam comicum tragicumque aut Romanum aut Graecum: ut illum uersum, quo aiebat unum uersum inueniri non posse meliorem [485] et illud de eadem re dictum [121] et illos uersus qui huic quoque ter abdicato possent conuenire [353]. Et plurimos deinceps uersus referebat Publii disertissimos.' *Studium illud Publianarum sententiarum colorem imitandi iterum tangitur III* 19. *Seneca epist.* 108, 9 'non uides quem admodum theatra consonent, quotiens aliqua dicta sunt quae publice adgnoscimus et consensu uera esse testamur? [121 224]. Ad hos uersus ille sordidissimus plaudit et uitiis suis fieri conuitium gaudet.' desunt inopiae multa *Seneca epist.* desunt luxuriae multa *Seneca Controu.* inopiae parua desunt *β E*, *qui* inopiae multum deest *proponit* inopi parua desunt *γ* inopiae desunt pauca *G*, *Bentleius* auaro autem omnia *γ* 122 dies *fβ* diues *Britannicum exemplar et Palatini* 123 oportet aurem habere *E*, *Bentleius* oportet habere aurem *tres Bentleiani* habere oportet aurem *celeri* 124 *Io. Saresberiensis Metal. III* 6 'sicut iuxta Ethicum discipulus prioris est posterior dies, ita primus sequentium librorum instructorius est.' 126 *Vincentius Bellouacensis IV* 77 properandum *γ* praeparandum *t* est *om. β* de bello ut ocius uincas dum congrederis proelium *t* 127 *Vincentius Bellouacensis IV* 112 ubi quod *β* 129 fieri quod *B* quod fieri *antea* 130 *Cf.* 533 est optima *β* dum est uita grata m. est c. optima *f* 131 cupiditatem effugere *Vincentius Bellouacensis IV* 146 132 heu quam miserum est sic metuendo senescere *Vincentius Bellouacensis IV* 74 133 eripere irarum officia non suggerere tela irato decet *t* 134 *Cf.* 139 261 omnisque nimium longa prope-

est sócia mortis hómini uita inglória. S
est túrba semper árgumentum péssimi. S
et deést et superat míseris cogitátio.*
etiám capillus únus habet umbrám suam.*
etiám celeritas ín desiderió mora est.*
etiam hósti est aequus qui hábet in consilió fidem. *
etiam ínnocentis cógit mentirí dolor.*
etiam óbliuisci quí sis, interdum éxpedit.*
etiám peccato récte praestatúr fides.*
etiám qui faciunt, óderunt iniúriam.*
etiám tyrannus uíx precario ímperat. S
et míseriarum pórtus est patiéntia. S
excélsis multo fácilius casús nocet.*
exéritur opere néquitia, at non íncipit. S
ex hóminum questu fácta Fortuna ést dea. *
exílium patitur, pátriae qui se dénegat. *
extréma semper de ánte factis iúdicant.
ex uítio alius sápiens emendát suum.*
Facílitas animi ad pártem stultitiaé rapit.*
fatétur facinus ís qui iudiciúm fugit.* t*

---

ranti mora est *Seneca Agam.* 421 est cupiditati et ipsa tarda c. *SG* est ipsa tarda cupiditati c. *B* 137 superest *γ*, *Bentleius* 139 *Cf.* 134 140 *Vincentius Bellouacensis IV* 58 141 *Vincentius Bellouacensis IV* 112 142 qui *Bentleius e cod. Caiano* quid *fβγG* sit *f* etiam obliuisci quod scis, interdum expedit *aliter* 143 etiam in peccato *G*, *Bentleius* et tamen huic p. *f* et tamen peccato [tori] *β* 144 et qui *fβ* fecerunt *β* oderunt *libri plerique*, *Vincentius Bellouacensis IV* 132 odiunt *codd. quidam teste Melch. Goldasto in Paraenet. uet. T. I p.* 249 oderint *Bentleius* odio habent *Eg* 145 *Cf. Seneca Thyest.* 215 'ubi cumque tantum honesta dominanti licent, Precario regnatur.' 146 *Menandri Monost.* 309 λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη 147 *Vincentius Bellouacensis IV* 127 148 at *om. uulgo* non nequities incipit *B* 149 questu *proposuit E* quaestu *uulgo* est fortuna *f* 150 pati est *fγβ* patriae se denegare *γ* se denegare patriae exilium est pati *Eh* patriae se denegare est exilium pati *Reinholdus* 151 indicant *B* 152 ex uitio alius *Ritschelius Sched. crit. p.* 19 ex uitio alterius *uulgo* ex alterius uitio *Vincentius Bellouacensis IV* 27 *V* 37 153 sapit, *superscr.* rapit, *β* 154 facinus fatetur *γ* facit *f* fateatur facinus prompte. qui iudicium fugit manifeste *t*

felícitas infélici innocéntia est. G
felíx inprobitas óptimorum est cálamitas.*
ferás facilia, ut dífficilia pérferas.*
ferás, non culpes quód mutari nón potest.*
fidém nemo umquam pérdit, nisi qui nón habet.*
fidém qui perdit, pérdere ultra níl potest.* t*
fidém qui perdit, quó se seruet rélicuo?*
fidés ut anima, unde ábiit, eo numquám redit.*
formósa facies múta commendátio est.*
fortúna cum blandítur, captatúm uenit.*
fortúna hominibus plús quam consiliúm ualet.*
fortúnam citius réperias quam rétineas.*
fortúna nimium quém fouet, stultúm facit.*
fortúna obesse núlli contenta ést semel.*
fortúna quo se, eódem et inclinát fauor.* S
fortúna uincit, nísi si tota uíncitur.
fortúna uitrea est: túm cum splendet, frángitur.*

---

155 infelici innocentia est felicitas *B* 156 est improbitas optimorum *Vincentius Bellouacensis IV* 82 157 *Ita Bentleius* feras (fer *β*) difficilia ut facilia (facilia leuius *Sidn. f*) perferas *Trin. Caian. Sidn. f β* feras facilia ut facilius leuius perferas *Cotton.* feras difficilitatem ut facilia praeferas *γ* fer difficilia, facilia leuius perferes *G e libris suis* fer difficilia, facilia ut leuius p. *g* difficilia feras ut facilia leuius p. *Vincentius Bellouacensis IV* 82 fer d. ut facilia l. p. *h* fer difficilia ut et facilia p. *S* 158 *Gellius XVII* 14 *Macrobius Sat. II* 7 *Io. Saresberiensis Policr. VIII* 14 (*Cf.* 50) non] cum *Med. a* quam *Helu. a Macrobii* culpœs *Thuan.* culpas *Reg. Lugd. Gellii* imitari *Saresberiensis* uitari *Gellius* potes *t* 159 fidem nunquam (nemo) *β* 160 perdiderit *t* nil potest ultra perdere *f*, *et nisi quod* nihil *β*, *Vincentius Bellouacensis IV* 58 nihil poterit ultra perdere *t* 161 se seruet relicuo *Bentleius* se seruat reliquo *G ex ' optimo ms.'* se seruet non est relictum *f* se seruet reliquum (fert in a) *β* se seruat in reliquum *E* quo seruet se in reliquum *S* 162 fides unanima *f β γ* unde habet nunquam *β* 163 multa *β* 165 hominibus plus *b* homini *uel* homine plus *codd. Bentlei* hominis plus *f* hominum plus *β γ*, *unde* humanum plus *Casp. Orellius* plus homini *G* nemini plus *P* in re omni *uel* ad omne p. *Bentleius* omnino plus *B* nulli plus *aliter* 166 reperias al' repellas *γ* uel rapias *S* 167 nimium] animum *γ* 168 abesse *γ* 169 eodem quo fortuna, se inclinat fauor *B* 170 uincit] nos uincit *G* uincit nos *B* nisi, *om.* si, *uulgo* 171 tum] quae *E* fulget *β*

fortúna unde aliquid frégit, cassum pénitus est. Sβ
fraus ést accipere quód non possis réddere.*
frugálitas miséria est rumorís boni.* (β)
furór fit laesa saépius patiéntia. *t
futúra pungunt néc se superarí sinunt. *
Geminát peccatum, quém delicti nón pudet. S
gemitús dolóres índicat, non uíndicat.
gratúm facit fortúna quam nemo ínuidet.*
graue crímen, etiam léuiter cum dictum ést, nocet.*
graue praéiudicium est, quód iudicium nón habet.*
grauíssimum est impérium consuetúdinis.*

---

172 ubi β   cassum *codd. meliores Gruteri* quassum *antea*, β quassual γ   penitus *fere om. eidem codd. Gruteri*, *f*β penitus est *om*. γ   173 *Vincentius Bellouacensis IV* 53 *VI* 15   fraus] rapere *aliter*   174 *Gellius XVII* 14 *Macrobius Sat. II* 7 *Io. Saresberiensis VIII* 14 (*Cf.* 50) *idem VIII* 13 'luxuriam persequi uideor ad laudem frugalitatis mihique ab insulsis inepte uiuentibus et indiscrete loquentibus illud Publ. Clodii subsannando ingeritur, quia frugalitas boni rumoris inserta est.' (*in mg.* al' miseria)   miseria est *mss. Iani plerique, Borb. Regin., Bodl. Gronouii in Macrobio, Bentleius ex Cotton. Macrobii* est miseria *Io. Saresberiensis c.* 14 inserta est *libri Gelliani, nisi quod* miseria ē *in ras. m. alt. Voss., Palat. Macrobii, Scaliger ad Manil. p.* 454 *ex uet. cod. Excerpt. Gell., non probauit Salmasius Exerc. Plin. p.* 789 *b*, *D* maceria est *Gronouius* incerta est *Palat., plerique codd. Bentl., probat Salmasius* est inserta (al' miseria) *Io. Saresberiensis c.* 13   175 *Gellius l. l. Macrobius l. l. Io. Saresberiensis l. l.* (*Cf.* 50)   sit *Sangerm. Gellii*   furore fit atrocior *t*   inlaesa *Magl.* inlesa *Petau. Reg.* in lesa *Sangerm. Lugd.* = = lesa (*eraso* in) *Voss.* illesa *Thuan. Gellii* saepius lata (al' laesa) *Io. Saresberiensis*   sapientia, *in mg.* patientia, γ   laesa sapientia saepius *Vincentius Bellouacensis IV* 79, *sed emendate idem* 133   176 pugnant *uulgo* non pugnant β   nec . . . sinunt *B* ne . . . sinant *G*β ut . . . sinant *E gh*   177 *Vtitur Walterus Burley*   peccatum] delictum *B*   178 '*Hanc gnomen' G extare dicit* '*in solis Palatinis, ut et uiginti alias, quarum nec uola nec uestigium in uetere Frisingensi*'   179 gratum facit *Bentleius* facit gratum *uulgo*   quam nemo uidet *h*, *unus e libris Bentl.* cui nemo inuidet *Bentleius* cum [quem] nemo uidet β quem nemo uidet *ceteri*   180 leuiter cum dictum est *Bentleius* cum leuiter dictum est *G* cum dictum est leuiter *E* leuiter cum est dictum β   181 graue iudicium est quod praeiudicium non habet *aliter*   182 *Vincentius Bellouacensis V* 43

grauiús malum omne est, quód sub aspectú latet. *
grauiús nocet, quod cúmque inexpertum áccidit.*
Habét suum uenénum blanda orátio.* t*
herédem ferre honéstiust quam quaérere.*
herédis fletus súp persona rísus est.*
heu quám difficilis glóriae custódia est!*
heu quam ést timendus, quí mori tutúm putat! *
hominem étiam frugi fléctit saepe occásio.
hominem éxperiri múlta paupertás iubet.*
hominí consilium túnc deest, cum multa ínuenit.* G
homo éxtra corpus ést suum, cum iráscitur. *t
homo né sit sine dolóre, fortunam ínuenit. *
homo tótiens moritur, quótiens amittít suos.* t*
homo uítae commodátus, non donátus est. *
honésta lex est témporis necéssitas. S
honéste parcas ímprobo ut caueás probo.

---

183 grauius malum omne est *G e Palat. et f* graue est malum omne *antea* grauius est malum omne *β* grauius est omne malum *γ* grauiust malum comi quod [sub] aspectu latet *coni. Casp. Orellius* 184 citius nocet quidquid *Vincentius Bellouacensis IV* 82 185 *Menandri Monost.* 37 ἆρ' ἐστὶ θυμοῦ φάρμακον χρηστὸς λόγος *et* 313 λόγῳ με πεῖσον, φαρμάκῳ σοφωτάτῳ. *Vincentius Bellouacensis IV* 168 blandi *γ* habet uirus occultum blanda miseratio *t* 186 ferre *codd. quidam Erasmi, libri Gruteriani, Bentleius* scire *Eh* honestius est *unus Palat.* utilius est *uulgo*, *etiam Bentleius* *Cf.* 262 187 *Gellius XVII* 14 *Macrobius Sat. II* 7 *Io. Saresberiensis Policr. VIII* 14 (*Cf.* 50) heredis flectus (c *eras.*) *Voss. Gellii* heres fictus *fβγ* suppersona *Petau. Gellii* sub persona *uulgo* ri sus est (*nexis lit.* ri *cum superioribus*) *Voss.* risae' *Reg.* risae' (s *suprascr.*) c *Lugd. Gellii* 188 *Cf.* 250 difficile est g. c. *Egh* difficilis est g. c. *Vincentius Bellouacensis V* 67 189 *Cf.* 298 timidus *f* (mori tutum putat *suprascr.*) moriturum *γ* amorem tuum *β* 191 *Vincentius Bellouacensis V* 78 193 suum est *fβ*, *Vincentius Bellouacensis IV* 133 hominem extra corpus facit. fenalis incensio *t* 194 *Cf.* 149 nesit *fβS* nescit *Egh* si dolor *E* si dolore *gh* 195 *Vincentius Bellouacensis IV* 139 *V* 105 totiens — quotiens *βγt* toties — quoties *uulgo* amittit suos] suis iacturam rerum patitur *t* 196 non datus, *om.* est, *Vincentius Bellouacensis V* 112 198 *Cf.* 279 ut caueas *B* ut careas *f* ut non careas et parcas *Palatinus unus* ut parcas *G*, *Iac. Thomasius praef. ad Mureti Opp. p. XXXVI ed. Ruhnk.*

honéste seruit, quí succumbit témpori.*
honós honestum décorat, inhonestúm notat.* t
humánitatis óptima est certátio.
Iacet ómnis uirtus, fáma nisi laté patet.
iactúm tacendo crímen facias ácrius.* S β
ibi póte ualere pópulus, ubi legés ualent.
ibi sémper est uictória, ubi concórdia est.
id agás, tuo te mérito ne quis óderit. *(β)
ignís suum calórem etiam in ferró tenet.
ignóscito saepe álteri, numquám tibi.* S
illó nocens se dámnat, quo peccát die.*
in cálamitoso rísus etiam iniúria est.*
incértus animus dímidium est sapiéntiae.
inértia est labóris excusátio.
inférior causat, quídquid peccat súperior.*
ingénuus animus nón fert uocis uérbera.
ingráta sunt benefícia, quis comes ést metus.
ingrátus unus ómnibus miserís nocet.* t*
inimícum quamuis húmilem docti est métuere.*
inimícum ulcisci uítam accipere est álteram. *
inimícus grauior quí latet in péctore. *t

---

199 seruiet *f* 200 notat *om. t* 202 late patet *Palat.* lata pateat *ante G* 203 iactum *ex uett. schedis Salmasius ad Ael. Lampr. Comm.* 7, β ictum *f* factum γ *G*, *etiam Bentleius* fictum *proposuit O* tacentem *f* iactando γ 204 .. ibi potest *b* ibi ualebit *B* 206 ita *S* ne quis tuo te merito oderit *Eh* ne te quis oderit merito tuo *B* ne quis tuopse te m. o. *S* 208 alteri saepe ignoscito, tibi numquam *Walterus Burley* ignoscas aliis multa, sed nihil tibi *F ex ms.* 209 diu β

211 dimidium *B* remedium *antea* 212 est laboris *P* laboris est *f* inertia indicatur, cum fugitur labor *aliter* (inertia tum indicatur *f* inertia iudicatur *uulgo* inertia tum indicatur *B*) 213 causat, *i. e.* causatur *ausus sum* casat *Cotton.* crescit (*i. e. fortasse* reus est) *Caian.* nescit *Leid.* horrescit *f*γ, *duo codd. Bentl.*, *Vincentius Bellouacensis V* 6 orrescit β horret *E* rescit *S* ascit *B* causa est *Reinholdus* discit *Bentleius* 215 est *B*, *om. uulgo* 216 *Cf.* 276 miseris omnibus β, *Vincentius Bellouacensis IV* 54 ingratus uni omnibus miserior ingratescit *t* 217 quamuis sublimes debent humiles metuere *Phaedri fab. I* 30, 1 est metuere *E*β, *Bentleius*, *Vincentius Bellouacensis IV* 27 metuere est *uulgo* 219 inimicus grauior *B* grauior est inimicus *f*β, *Vincentius Bellouacensis IV* 106 grauior inimicus *E* is qui β in *f*β, *Vincentius* sub *uulgo* grauis est scrupulus delites-

iniúriam aures quam óculi faciliús ferunt.
iniúriam ipse fácias, ubi non uíndices.
iniúriarum rémedium est oblíuio.* t*
in míseri uita uíta est contumélia. *
in núllum auarus bónus est, in se péssimus.*
inopí beneficium bís dat, qui dat céleriter. *t
inpúne pecces ín eum, qui peccát prior.* t*
in rébus dubiis plúrimi est audácia.*
insánus omnis fúrere credit céteros.* S
instrúcta inopia est ín diuitiis cúpiditas.*
in túrpem rem peccáre bis delínquere est.
in Vénere semper cértat dolor et gaúdium.
in Vénere semper dúlcis est deméntia.
inuídia loquitur nón quod est, sed quód subest. Sβ
inuídiam ferre aut fórtis aut felíx potest.* t*
inuídia tacite, séd inimice iráscitur.*

---

cens inuisus in pectore *t* 221 *Cf.* 238 430 431 222 *Seneca epist.* 94, 28 (*Cf. inc. inc. fab. LXXIII*) medicina sola est miseriarum obliuio *aliter* magnanimi iniuriae remedium o. est *aliter* (est r. o. *B*) rerum amissarum remedium est o. *B aliter* 223 miseri *uel* misera *libri Gruteriani* misere *γ* misera *β* misero *B* uitia *Eh* uitam *Michaël Piccartus* uita contumelia est *amicus Gruteri* contumelia est *uel* etiam contumelia est *libri Gruteriani* contumelia est *γ et addita m. alt. β* nulla contumelia est (*h*) *uel* contumelia est dicere *E* inulta contumelia est *proposuit G* multa contumelia est *Michaël Piccartus* est etiam contumelia *B* 224 *Cf. inc. inc. fab. LXVII Seneca epist.* 108, 9 nullo *β* 225 inopi beneficium plus dat. qui celeriter praestat *t* beneficium uero dat is qui celeriter dat *Vincentius Bellouacensis IV* 51 duplex fit bonitas, si simul accesserit celeritas (fit duplex bonitas simulatque accesserit celeritas *coni. G* duplex fit b. simul accessit celeritas *b* duplicatur b. s. a. c. *B*) *aliter* 226 pecces in eum *Bentleius e codd. suis* in eum pecces *antea* prior *Bentleius* rarior *antea*, *β* impune peccat cum quis peccat carior (*aut* rarius) *E* inpune profecto peccas. qui prior in eum peccauerit *t* 227 plurimi *Bentleius* plurimi *uel* plurimum *E* plurima *libri* 229 instructa inopia *Eβγ*, *Vincentius Bellouacensis IV* 146, *Bentleius* inopia instructa *G* 230 in turpem peccare *schedae Palat.* in turpi re peccare *uulgo* 231 Venerem *f* 233 non quod est sed *g* id quod obest, non *S* id quod abest, non *B* inuidia id quod uidet loquitur, non quod subest *P* inuidia id loquitur. non quod subest *β* 234 ferre] superare *γ* ' an fortis an felix *f* aut felix aut fortis *t* 235 inimice *SPβ* minute *Egh* munite

in uíndicando críminosa est céleritas.*
inuítum cum retíneas, exire íncites.*
ipse íntrat culpam, quí peccatum praéterit. *t
irátum breuiter uítes, inimicúm diu.*
irátus cum ad se rédiit, sibi tum iráscitur.* G
irátus etiam fácinus consiliúm putat.*
is mínimo eget mortális, qui minimúm cupit.
ita créde amico, ut né sit inimicó locus.*
iter ést, qua cumque dát prior uestígium.* G
iucúnda macula est éx inimici sánguine.
iucúndum nihil est, nísi quod reficit uárietas.* .
iudéx damnatur, cúm nocens absóluitur.*
Laesó doloris rémedium inimici ést dolor. *
lascíuia et laus númquam habent concórdiam. *(β)
laus nóua nisi oritur, étiam uetus amíttitur.*
legém nocens uerétur, fortunam ínnocens.* (β)
legém solet oblíuisci iracúndia.
leuis ést Fortuna: cíto reposcit quaé dedit. *
lex uídet iratum, irátus legem nón uidet.
lex úniuersi est, quaé iubet nasci ét mori.*
libído cunctos étiam sub uultú domat. S
libído, non iudícium est quod leuitás sapit. S
licéntiam des línguae, cum uerúm petas.
locís remotis quí latet, lex ést sibi.

Reinholdus e γ i. tacita citius inimica i. *P aliter* 236 uindicando *Eghγ, Bentleius cum libris suis* iudicando *quidam codd. Erasmi, Sβ* 237 incites *Bentleius e Trin., fβ* incitas *antea* 238 *Cf.* 221 430 431 ipse intrat *B* in se uitat *fβ* inuitat *uulgo* delictum *G* inuitat culpam profecto. qui peccantem non ulciscendo praeterit *t* 241 *Vincentius Bellouacensis IV* 133 242 *Cf. inc. inc. fab. LXV Seneca epist.* 108, 11 minimum eget qui, *om.* mortalis, *f* eget minus mortalis, qui minus cupit *aliter* 243 credas *f* ut *B, om. ceteri, etiam Bentleius* inimico] $\overset{\text{ini}}{\text{amico}}$ *β* 247 *Vincentius Bellouacensis IV* 66 248 laesa *Vincentius IV* 133 inimici est *B* est inimici *β, Vincentius* inimici, *om.* est, *uulgo* 249 *Cf.* 472 *Vincentius Bellouacensis IV* 159 250 *Cf.* 188 laus ubi noua *Eh* laus noua ubi *γ* 253 Fortuna leuis est *B* quod *Gβ, Vincentius Bellouacensis V* 124 255 uniuersa *fβ* est *om. f* 256 cinctos *Salmasius ad Solin. p.* 46 dammat *f* 257 libido indicium est eius quod *S, codd. alii Gruteriani* l. indicium est quo *g*

loco ígnominiae est ápud indignum dígnitas. *
longínquum est omne quód cupiditas flágitat.
Mage fídus heres náscitur quam scríbitur. *
mala caúsa est quae requírit misericórdiam. *
malaé naturae númquam doctore índigent. *
mala ést medicina, ubi áliquid naturaé perit.*
maledíctum interpretándo facias ácrius.*
male fácere qui uult, númquam non causam ínuenit.*
male géritur, quidquid géritur Fortunaé fide.*
male ímperando súmmum imperium amíttitur. *
male sécum agit aeger, médicum qui heredém facit.*
male uíncit is, quem paénitet uictóriae. t
male uíuet, quisquis nésciet bene émori. S
male níuunt, qui se sémper uicturós putant. *
maléuolus animus ábditos dentés habet.
maléuolus semper suá natura uéscitur.*
malígnos fieri máxime ingratí docent.* t*
malítia unius cíto fit maledictum ómnium.
malítia ut peior uéniat, se simulát bonam.
malo étiam parcas si úna est periturús bonus.
malo ín consilio féminae uincúnt uiros.*
malum álienum ne féceris tuum gaúdium.
malum ést consilium, quód mutari nón potest.

---

1 indicium est quod *γ* 260 ignominiae loco est *Vincentius Bellouacensis V* 71 261 *Cf.* 134 longum est quod flagitat cupiditas *P* 262 *Cf.* 186 magis *f* 264 doctrina *Eh* datore *f* 267 nusquam non *aliter* nonnunquam *Vincentius Bellouacensis IV* 106 269 *Cf.* 64 271 male uincit audaciam quem p. uictoria *t* 272 *Seneca de tranquill. animi* 11, 4 'reuerti unde ueneris, quid graue est? male uiuet, quisquis nesciet bene mori.' bene mori *Seneca* mori bene *GP* 273 *Menandri Monost.* 200 ζῶμεν ἀλογίστως προςδοκῶντες μὴ θανεῖν *Cf. Senecae epist.* 23, 10 276 *Cf.* 216 malignum *g* docent ingrati *Vincentius Bellouacensis IV* 54 m. ferre maxime ingratos docere saepe *t* 277 *Cf. Senecae Hippol.* 563 'cur omnium fit culpa paucorum scelus?' 278 *Cf.* 73 279 *Cf.* 198 280 in *om. S*, *Vincentius Bellouacensis V* 10 281 malum ne alienum gaudium facias tuum *B* malum alienum tuum ne feceris gaudium *Walterus Burley*, *in quibus* facias *corr. M. Hauptius Philol. III* 376 alterius damnum gaudium haud facias tuum *aliter* 282 *Gellius XVII* 14 *Io. Saresberiensis Policr. VIII* 14 (*Cf.* 50) consilium est *Petau.*

malus ést uocandus, quí sua causa ést bonus.*
malus úbi bonum se símulat, tunc est péssimus.*
manifésta causa sécum habet senténtiam.
medicína calamitátis est aequánimitas.
metús cum uenit, rárum habet somnús locum. *
metus ímprobos compéscit, non deméntia.
minimum éripit Fortúna, cui minimúm dedit.* G
minús decipitur, cuí negatur céleriter.* t*
minus ést quam seruus dóminus, qui seruós timet. *
minus saépe pecces, sí scias quid néscias.
misera ést uoluptas, úbi pericli mémoria est.* G
misérrima est fortúna, quae inimicó caret.*
miserum ést tacere cógi, quod cupiás loqui. *
morí necesse est, séd non quotiens uólueris. *
mortém timere quám mori crudéliust. S
mortem úbi contemnas, ómnes uicerís metus.
mulíebris lacrima cóndimentum málitiaest.* G
muliér cum sola cógitat, male cógitat.*
muliér quae multis núbit, multis nón placet.*
multís minatur, qui úni facit iniúriam.* t*
multís placere quaé cupit, culpám cupit.
multórum calamitáti uir moritúr bonus.
Natúram abscondit, cum ímprobus recté facit.
necéssitas dat légem, non ipsa áccipit.
necéssitas quam pértinax regnúm tenet!

Gellii 283 sui *Bentleius* est causa *P* 284 *Cf.* 73 278 ubi bonum *fh* bonum ubi *ceteri* malus uir bonum quando se simulat, tunc pessimus est *Vincentius Bellouacensis IV* 129 289 cum *P* 290 *Cf.* 357 celeriter negatur *t* 291 est minus *Vincentius Bellouacensis IV* 74 (minus quam seruus est *idem* 136 *et VI* 12) 294 *Vincentius Bellouacensis IV* 83 quae inimicos latet *aliter* 295 tacere] agere *f* 296 quoties *uulgo* 297 crudelius est quam mori *uulgo* quam mori est crudelius *B* 298 *Cf.* 189 omnes uiceris metus *GP* metus uiceris omnes *f* uiceris omnes metus *B* 299 condimentum est malitiae *P* est c. m. *B* 300 *Vincentius Bellouacensis V* 10 301 *Cf.* 303 302 minatur] comminatur *t* imperatur *Vincentius Bellouacensis IV* 132 uni *Eh* ui *f* contumeliam facit *t* 303 *Cf.* 301 culpam capit *G* 304 calamitate *uulgo* 305 *Cf.* 73 cum improbus recte *B* cum recte improbus *uulgo* improbus cum recte *P*

necéssitas quod póscit, nisi das, éripit.
necéssitatem férre, non flere áddecet.
necéssitati quódlibet telum útile est.
necéssitati sápiens nihil umquám negat.
nec mórtem effugere quísquam nec amorém potest.
nec uíta nec fortúna hominibus pérpes est.
negándi causa auárum numquam déficit.*
negát sibi ipse, quí quod difficile ést petit.* S
nemo ímmature móritur, qui moritúr miser.* G
nemó timendo ad súmmum peruenít locum.
nequítia poena máxima ipsamét sui est.
nesció quid agitat, cúm bonum imitatúr malus.
nil ágere semper ínfelici est óptimum. *
nil ést miserius, quam úbi pudet quod féceris.
nil mágis amat cupíditas quam quod nón licet.
nil nón acerbum príus quam maturúm fuit.
nil péccent oculi, si óculis animus ímperet.*
nil próprium ducas quód mutari póssiet. *
nimium áltercando uéritas amíttitur.*
nisi pér te sapias, frústra sapientem aúdias.* G
nisi quí scit facere, insídias nescit métuere.* G
nisi uíndices delícta, improbitatem ádiuues.* G

---

308 *Cf.* 311 ni dederis *P* 311 *Cf.* 308 313 perpetua est hominibus *P* 314 auarum *f* auaro *ceteri, etiam Bentleius* facit *f*
315 *Vincentius Bellouacensis IV* 51 'Socrates: negat' *e. q. s.* negat sibi qui quod est difficile petit *Walterus Burley* ipse *om. f*
318 *Cf. Senecae epist.* 81, 22 'minimum ex nequitia leuissimumque ad alios redundat: quod pessimum ex illa est et, ut ita dicam, spississimum, domi remanet et premit habentem, quem admodum Attalus noster dicere solebat: malitia ipsa maximam partem ueneni sui bibit.' nequitia ipsa poena sui est. Nam mala conscientia saepe tuta est, secura numquam *f* ipsaque nequitia poena sui est *Vincentius Bellouacensis IV* 106
319 *Cf.* 73 agitat *B* cogitat *uulgo* 321 *Cf.* 467 322 id quod *B* 323 fuit *G* sit *f* siet *P e coni.* 324 peccant *γ* 325 possiet *E* potest *P*, *Vincentius Bellouacensis V* 76 possit *g* mutarier potest *h S* 326 *Gellius XVII* 14 *Macrobius Sat. II* 7 *Io. Saresberiensis Policr. VIII* 14 (*Cf.* 50) *Vincentius Bellouacensis IV* 171 euertitur *f* admittitur *Reg. Lugd. Gellii* emittitur *Palat. Macrobii*
329 bonis nocet quisquis pepercerit malis *et* qui culpae ignoscit uni, suadet pluribus *et* saepe ignoscendo das iniuriae locum *aliter*

nocéns precatur, ínnocens iráscitur.* G
nocéntem qui deféndit, crimen síbi parit. t
nocére posse et nólle laus amplíssima est. t
non cíto ruina périt is qui rimám timet. *t
non córrigit, sed laédit qui inuitúm regit.
non ést cicatrix túrpis, quam uirtús parit. S
non fácile solus sérues quod multís placet.
non nóuit uirtus cálamitati cédere.
non póte non sapere, quí se stultum intéllegit.
non sémper aurem fácilem habet felícitas.
nullí facilius quám malo inueniés parem.
numquám facilius cúlpa quam in turbá latet.
numquám periclum síne periclo uíncitur.* t*
numquám secura est práua consciéntia. S
numquam úbi diu fuit ígnis, defícit uapor.
Obséquium nuptae cíto fit odium pélicis.* G
occásio aegre offértur, facile amíttitur.* G
occásio recéptus difficilés habet.
occídi pulchrum, ubi cum ígnominia séruias.
offícium beneuoli ánimi finem nón habet.
omnés aequo animo párent, digni ubi ímperant.* t
o péssimum períclum, quod opertúm latet!
o tácitum tormentum ánimi consciéntia!
o uítam misero lóngam, felicí breuem!*

---

331 *Cf.* 469 crimen sibi *P* sibimet crimen *t* sibi crimen *uulgo* parat *t* 332 *Ausonius septem sapientum sent.* 1, 6 'quod prudentis opus? cum possis, nolle nocere. Quod stulti proprium? non posse et uelle nocere.' *Menandri Monost.* 638 *ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν, Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται* laus a. est] laudem sibi praeparat ampliorem *t* 333 ruina perit is qui rimam *S* ruina perit qui ruinam *f* ruina perit homo qui ruinam *γ* ruina cadit uir qui primam *ante S* ruina perit uir qui ruinam *E*, *qui* perit ruina qui ruinam (praetimet) *coniecit* opprimitur qui ruinam timet *t* 335 turpis cicatrix *P* 336 serues solus *B* 338 potest *f* 339 felicitas *G* facilitas *libri* 342 *Gellius XVII* 14 *Macrobius Sat. II* 7 *Io. Saresberiensis Policr. VIII* 14 (*Cf.* 50) uincitur] est uincitur (*nexa cum sequente uersu* 326) *Reg. Lugd. Gellii* 344 deficit *G e coni.* cecidit *f* defuit *P e coni.* nunquam, diu ignis ubi fuit, defit uapor *B* 345 fert *B* 348 occidere *B* ignominiose *P* 350 ubi dignus imperat *t* 353 *Seneca Controu. III* 18 (*Cf.* 121) o uitam m.

Parátae lacrimae insídias, non fletum índicant.
paréns iratus ín se est crudelíssimus.* G
parére scire pár imperio glória est. S
pars bénefici est, quod pétitur, si bellé neges.*
patiéndo multa uéniunt, quae nequeás pati.* G
patiéntia animi occúltas diuitiás habet.
paucórum est intellégere quid celét deus.
paucórum improbitas úniuersis cálamitas.* G
peccáre pauci nólunt, nullinésciunt.
peccátum extenuat, quí celeriter córrigit.* t
pecúnia una régimen est rerum ómnium.
peióra multo cógitat mutús dolor.* G
perdéndi finem némo nisi egestás facit.
perdít, non donat, quoí donat nisi ést memor.
perénne coniugium ánimus, non corpús facit.
pereúndi scire témpus assidue ést mori. t
perfúgere ad inferiórem, se ipsum est trádere.* G
perícla timidus étiam quae non súnt, uidet.* t
perpétuo uincit, qui útitur cleméntia. S
plurés tegit Fortúna quam tutós facit.
poenám moratur ímprobus, non praéterit.
populi ést mancipium, quísquis patriae est útilis.* G

---

longam, f. breuem *f* o uita m. longa, f. breuis *Seneca cum ceteris* 354 luctum *B* 356 *Cf.* 413 357 *Gellius XVII* 14 *Macrobius Sat. II* 7 *Io Saresberiensis Policr. VIII* 14 (*Cf.* 50) benefici *Bentleius* beneficii *uulgo* si *om. Lugd. Gellii* belle *f* uelle *Petau. Reg. Sangerm. Thuan. Magl. Lugd. Gellii* cito *in ras.* (*m. pr. fort.* belle) *Voss. eiusdem* cito *Macrobius* (*nisi quod* scito *Borb.*) *Io. Saresberiensis*

Vtrumque uersum cum ceteris posuit Bentleius non leue beneficium praestet qui de breui renuntiat *t* 358 *Cf.* 754 359 occultas diuitias *B* diuitias occultas *uulgo* 360 quid det *f* quid cui det *G e coni.* quid cudat *B* quid deceat (deos) *P* 362 nulli] multi *susp. G*, *siquidem sententia facta sit ex Senecae epist.* 90, 46 *his*: 'multum autem inter est utrum peccare aliquis nolit an nesciat.' 363 qui de breui commissum commendat *t* 364 una *om. f* est rerum *f* rerum est *uulgo* 365 multo *Tzschuckius* multa *uulgo* querulo *Bentleius* ultore *Antonius* uultu *Casp. Orellius* 367 qui donat *uulgo*, *nisi quod* qui dat *P* memoria *f P* perdis, non donas, nisi sit cui donas memor *B* 369 pereundi tempus scire est mori frequentissime *t* 371 uidet praesagus *t* 373 legit *B* 375 *Cf.* 377 *Me-*

post cálamitatem mémoria alia est cálamitas.* G
poténs misericors pública est felícitas.* G
poténti irasci síbi periclum est quaérere.* G
praeséns est semper, qui ábsens etiam ulciscitur.* G
prius sí negaris, póst fecisse est fállere.* G
probí delicta iúdicum legés terunt.
probús libertus síne natura est fílius.* G
prodésse qui uult néc potest, aeque ést miser.
pro dóminis peccare étiam uirtutís loco est.
pro médicina est dolór dolorem quí necat.
properáre in iudicándo est crimen quaérere.
prospícere in pace opórtet quid bellúm iuuet.
prudéntis uultus étiam sermonís locost.
pudór dimissus númquam redit in grátiam.* •G
pudór doceri nón potest, nascí potest.* t
pudórem alienum qui éripit, perdít suum.
pudórem habere séruitus quodám modo est.
pudór quem non refléctit, non frangit timor.
pupíllus est auárus aetatís breuis.* S
Quae uúlt uideri bélla nimis, nullí negat.
quam mágnum est non laudári et esse laudábilem!

---

nandri Monost. 681 *κοινὸν δὲ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν* 376 *Menandri Monost.* 435 *οὐ χρὴ φέρειν τὰ πρόσθεν ἐν μνήμῃ κακά* 377 *Cf.* 375 378 petit qui irascitur periculum sibi generare *t: cf. M. Hauptius Phil. I* 666 379 etiam *om. P* 380 si negaueris fecisse postea *f P* cum negaueris fecisse postea *γ* negare, post fecisse *uulgo* negatum post fecisse *Bentleius* est fallere *Bentleius* fallere est *uulgo* 381 probe delicta cum legas deleras *f* probi delicta iudex legens deterit *uulgo* p. legens delicta iudex deterit *coni. G* p. delicta iudex lugens detegit *Casp. Orellius* 383 nec potest aeque, est miser *B* 385 dolor est dolorem qui *uulgo*, *nisi quod* qui dolorem *P* est dolorem qui dolor *B* enicat *B* 387 oportet in pace *P* 388 prudentis (*uel* pudentis) uultus *G* prudenti stultus *antea* prudenti uultus *B* loco est *G* iocus est *antea* 389 *Cf. Senecae Agam.* 112 'periere mores ius decus pietas fides, Et qui redire, cum perit, nescit pudor' 392 pudorem habere] rogare ingenuo *aliter Cf.* 49 393 quem non reflectit, non frangit *B* quem non flectit, non frangit *f* quemcunque non flectit, frangat *G* 394 *Ita S G* homines auaros pupillos aetatis esse breuis *f*, *unde* pupillus hominis auidi est aetatis breuis *Bentleius* 395 nimis, nulli *uel* nimium, ulli *G* nimium illi *f* nimium sibi *P* 396 *Vincentius Bellouacensis V* 69 *Seneca de mor.*

quam míser est, cuius ingráta misericórdia est!
quam míser est, qui excusáre sibi se nón potest!
quam míserum auxilium est, úbi nocet quod sústinet!
quam míserum est bene quod féceris, factúm queri!
quam míserum est cogi opprímere, quem saluúm uelis!
quam míserum est id quod paúci habent, amíttere!
quam míserum est mortem cúpere nec posse émori!
quam míserum est, ubi consílium casu uíncitur!
quam míserum est ubi te cáptant, qui defénderint!
quam tímidus est is, paúpertatem quí timet!
quamuís non rectum quód iuuat, rectúm putes.
quem cúmque quaerit cálamitas, facile ínuenit.
quem fáma semel oppréssit, uix restítuitur.
qui béne dissimulat, cítius inimicó nocet.
qui cúm dolet blandítur, post tempús sapit.
qui débet, limen créditoris nón amat.
qui dócte seruit, pártem dominatús tenet.
quid ípse sis, non quíd habearis ínter est.
quidquid conaris, quó peruenias cógites.
quidquíd Fortuna exórnat, cito contémnitur.
quidquíd futurum est súmmum, ab imo náscitur.* G
quidquíd nocere dídicit, meminit cúm potest.
quid tíbi pecunia ópus est, si uti nón potes?
qui expéctat ut rogétur, officiúm leuat.
qui inuítus seruit, fít miser, et seruít tamen.
qui póte celare uitium, uitium nón facit.
qui póte consilium fúgere, sapere idém potest.

---

38 'bonum est non laudari uelle, sed praestantius est laudabilem esse (al.' bonum est non laudari et esse laudabilem)' 397 cuius *f* cui *G ex coni.* 402 quam] non *f* 405 captant *G* capiant *f* quos defenderis *B* 406 est is *B* is est *uulgo* qui paupertatem timet quam timidus est *f*, *Vincentius Bellouacensis V* 77 *unde* timet qui paupertatem, quam timendus est *g praeeunte* timendus *P cum Seneca de mor.* 99 408 quoscunque calamitas quaerit, facile repperiet *t: cf. M. Hauptius Phil. I* 666 413 *Cf.* 356 414 qui sis, non quid habearis interest *Seneca de mor.* 21 quid sis interest, non quid habearis *Vincentius Bellouacensis V* 67 plurimum qui sis, non quis habearis interest *g e ms.* quid ipse sis interest, non quid habearis *f* quid sis interest n. q. h. *γ P* 419 opus est si ea uti *uulgo* opus si ea uti *B* 420 expectat *f B* spectat *uulgo* 421 et *om. uulgo* 423 consilio

qui póte transferre amórem, pote depónere.
qui pro ínnocente dícit, satis est éloquens.*
qui se ípse laudat, cíto derisorem ínuenit.*
qui síbi non uiuit, áliis merito est mórtuus. t
quĭs míserum sciret, uérba nisi haberét dolor?
qui tímet amicum, amícus ut timeát docet.
qui ulcísci dubitat, ímprobos plurés facit.
qui unius culpae ignóscit, suadet plúribus.
quo cáret is, cum aliud ánimus, uerba aliúd petunt?
quod aétas uitium pósuit, aetas aúferet.* G
quod fúgere credas, saépe solet occúrrere.
quod néscias cui sérues, stultum est párcere.
quod périit, quaeri póte, reprendi nón potest.
quod quísque amat, laudándo commendát sibi.* G
quod sémper est parátum, non sempér iuuat.
quod sénior loquitur, ómnes consiliúm putant.
quod tímeas, citius quám quod speres éuenit.
quod uíx contingit, út uoluptatém parit!
quod uúlt cupiditas cógitat, non quód decet.
quod uúlt habet, qui uélle quod satis ést potest.* S
Rarum ésse oportet quód diu carúm uelis.* G
ratióne, non ui uíncenda adulescéntia est.
regnát, non regitur, quí nil nisi quod uúlt facit.
rei núlli prodest móra nisi iracúndiae.

---

furere *B* capere *susp. G* 424 *Cf. Quintilianus XI* 1, 56 'nam qui intermittere in agendo dolorem potest, uidetur posse etiam deponere' 426 ipse *Bentleius* ipsum *antea* 427 non] modo *malit G conl. Menandri Monost.* 585 τοῦτ' ἐστὶ τὸ ζῆν μὴ σεαυτῷ ζῆν μόνον aliis merito *B* merito aliis *uulgo* qui sibi minime uiuit, merito multis occumbit *t* 428 nisi *B* si non *uulgo* 429 amicus ut timeat facit *B* uim non nouit nominis *aliter* 430 *sq. Cf.* 221 238 431 uni culpae ignoscit *f* culpae ignoscit uni *uulgo* culpam ignoscit uni *B* 432 quo canet is *uulgo* qui caueris *O* qui caueas *B* cum] cui *Tzschuckius* 436 perit *f* pote, reprendi non *G* potest reprehendi non *f* potis est, reprehendi haud *B* 438 *Cf.* 441 664 441 *Cf.* 438 contingit, ut *B* contingitur *f* contingit, uix *G ex coni.* contingit, quam *prop. O* 443 *Seneca epist.* 108, 11 (*Cf. inc. inc. fab. LXVI*) uelle] cupere *f* 444 *Cf.* 438 *et Seneca de benef. I* 14 'quod uoles gratum esse, rarum effice' 446 loquitur *uulgo. An:* sequitur? 447 *Cf. Menandri Monost.* 60 βραδὺς πρὸς ὀργὴν ἐγκρατὴς φέρειν γε-

remédium frustra est cóntra fulmen quaérere.* G
repénte diues némo factus ést bonus. S
respicere nil consuéuit iracúndia. S
res quánto est maior, tánto est insidiósior. t
reus ínnocens fortúnam, non testém timet.
riuálitatem nón amat uictória.
rubórem amico excútere amicum est pérdere. t
Salútis causa béne fit homini iniúria.
sapiéns contra omnes árma fert, cum cógitat.
sapiéns quod petitur, úbi tacet, breuitér negat.* G
sat mágna usura est pró beneficio mémoria.
secréto amicos ádmone, laudá palam.* S
secúnda in paupertáte fortuna ést fides.
secúndus est a mátre nutricís dolor.
sedítio ciuium hóstium est occásio.
sempér beatam sé putat benígnitas.
sempér consilium túnc deest, cum opus est máxime.
sempér metuendo sápiens euitát malum.
sibi ípsa improbitas cógit fieri iniúriam.* G
sibi ípse dat supplícium, quem admissí pudet.* G
sibi prímo auxilium erípere est leges tóllere.
sociús fit culpae, quí nocentem súbleuat. t
solet ésse in dubiis pró consilio témeritas.* t
solet hóra, quod multi ánni abstulerint, réddere.
solét sequi laus, cúm uiam fecít labor.

νοῦ 448 *Ita Bentleius* remedium fraus est contra flumen quaerere *fP* remigium frustra est contra flumen q. *G ex coni.* remedium fraus est c. fulmen q. *B* 449 *Cf. Menandri Colacis VI οὐδεὶς ἐπλούτησεν ταχέως δίκαιος ὤν, item Monost.* 688 factus est nemo bonus *B* 451 inuidiosior *B* 454 incutere *t* 455 *Cf.* 493 casus bene sit *ante Sartorium* 457 *Menandri Monost.* 223 ἡ γὰρ σιωπὴ μαρτυρεῖ τὸ μὴ θέλειν 458 *Cf.* 537 *Menandri Monost.* 295 καλὸν τὸ θησαύρισμα κειμένη χάρις 459 *Cf. Ausonius septem sap. sent.* 5, 4 'clam coarguas propinquum, quem palam laudaueris.' *Seneca de mor.* 12 'amicum secreto mone, paulum lauda' *Vincentius Bellouacensis V* 88 'amicos admone secreto, palam lauda' castiga amicum clanculum, l. p. *F ex ms.* 464 maxime est *uulgo* 465 *Cf.* 82 466 ipsa *Bentleius* ipsi *antea* 467 *Menandri Monost.* 667 ἡ δὲ μετάνοια γίνετ' ἀνθρώποις κρίσις *Cf.* 321 poenitet *f* 468 primo *B* primum *uulgo* 469 *Cf.* 331 qui sontem iubet perdere *t* 470 in aduersis *t* 472 *Cf.* 249 496 *Menandri Monost.* 338 μοχθεῖν ἀνάγκη

spes ést salutis, úbi hominem obiurgát pudor. t
spina étiam grata est, éx qua spectatúr rosa.
stultítia est insectári, quem omnes díligunt.
stultí timent fortúnam, sapientés ferunt.
stultum ést queri de aduérsis, ubi culpa ést tua.
stultum ést uicinum uélle ulcisci incéndio.
stultúm facit Fortúna, quem uult pérdere.
suadére primum, deín corrigere est béneuoli.
submíssum imperium nón tenet uirés suas.
suís qui nescit párcere, inimicís fauet.
suspítio sibi ípsa riualés parit.
suum séquitur lumen sémper innocéntia.
Tacitúrnitas stulto hómini pro sapiéntia est. t
tam deést auaro quód habet, quam quod nón habet.*
timidús uocat se caútum, parcum sórdidus.*
turpíst iactura quaé fit neglegéntia.
Vbi máxime gaudébis, metues máxime.
ubi ómnis uita métus est, mors est óptimum.
ubi péccat aetas máior, male discít minor.* t
uelóx consilium séquitur paeniténtia. S
uerum ést, quod pro salúte fit mendácium. t
ueterém ferendo iniúriam inuités nouam.*

τους θέλοντας εὐτυχεῖν cui *B* 473 salutis est *t* 475 omnes *om. f* 478 *Menandri Monost.* 152 *ἐχθροὺς ἀμύνου μή 'πὶ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ* stultum est uicinum incendio ulcisci tuo *B* st. est alium uelle ulcisci poena sua (st. est uelle ulcisci alterum poena sua *B*) *aliter* 480 *Ita B* s. beneuoli est primum, dein corrigere *uulgo* 485 stulto pro sapientia cedit *t* 486 *Seneca Controu. III* 18 (*Cf.* 121) *Quintilianus VIII* 5, 6 *laudato inc. inc. trag. CIX* 'ac rectae quidem sunt tales: tam deest' *e. q. s. Idem IX*, 3, 64 '*συνοικείωσιν* uocant, quae duas res diuersas colligat: tam deest' *e. q. s.* deest *om. f* quam misero quod *f* 487 timidus se cautum uocat, sordidus parcum *Vincentius Bellouacensis V* 19 488 turpis est iactura *O* turpis iactura est *B* tuta est iactura *G* 490 uitae . . . optima *P* 491 ubi senectus peccat. adquem refugit sapientia? *t* 492 *Cf.* 5 *Vincentius Bellouacensis IV* 26 'Socrates . . . uelox c. s. p.' *item Walterus Burley* 493 *Cf. Diphilus in Thesauro: ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ Λεγόμενον οὐδὲν περιποιεῖσθαι δυσχερές et Sophoclis Philoct.* 108 *sq. et sent. nostr.* 455 fit plerumque mendacium *t* 494 *Gellius XVII* 14 *Macrobius II* 7 *Io. Sares-*

uirtúte quod non póssis, blanditia aúferas.
uirtútis spolia cúm uidet, gaudét Labor.
uirtútis uultus pártem habet uictóriae.
uolúntas inpudícum, non corpús facit.
uolúptas tacita métus est magis quam gaúdium.
utrúmque casum aspicere debet, qui ímperat.
uultu án natura sápiens sis, multum ínter est.

'Aleator quánto in arte est mélior, tanto est néquior.*
Béneuoli coniúnctio animi máxima est cognátio.* (E S)
Cónscientia ánimi nullas ínuenit linguaé preces.* (E S)
Dífficile est dolóri conueníre cum sapiéntia.
díxeris maledícta cuncta, cum íngratum hominem díxeris.*
'Est honesta túrpitudo pró bona causá mori.*
éxpetit poenás iratus áb alio, a se ipso éxigit.
Féminae natúram regere désperare est ótium.*

---

beriensis Policr. VIII 14 (*Cf.* 50) *Cf.* 358 inuitas *f Par. a Salisb. Macrobii*, *Io. Saresberiensis* inuites (e *corr. m. alt. in* a, *ut uid.*) *Reg. Gellii* inuitis *Angl. Macrobii* uites *aliter* 497 uulnus *P* 498 impudicum *Casp. Orellius* pudicum *uulgo* quem pudicum *G* uoluptas non pudicum corpus facit *fP* 499 metus est magis *fP* metus magis *B* mage metus *G* 501 sis sapiens *uulgo* 502 quantum *f β* est *prius om. β* melior *β g* doctior '*mss. fere*' *teste G*, *om. f* quanto in aleae arte est, tanto *S* 503 *Ita Bentleius e codd.*, *β γ* animi beneuoli coniunctio magna est cognatio *Vincentius Bellouacensis V* 83 beneuolus animus maxima est cognatio *et* coniunctio animi m. e. c. *aliter uulgo* 504 animi *β*, *ex coni. G*, *Bentleius* amici *f* nullas *β*, *Bentleius* nullus *Trin.* *γ* nullius *f* inuenit *om.* *γ* pceps *γ* 505 difficulter cum dolore conuenit s. *b* conuenire cum dolore difficile est sapientiae *B* difficile est iniuriam conuenire cum sapientia *Walterus Burley* 506 omne dixeris maledictum *S et om.* omne *h* cum ingratum hominem *g h S* (cum ingratum) cum gratis hominem *β* ingratum cum hominem *Bentleius* cum hominem ingratum *G* 507 *Cf.* 71 honesta turpitudo est mori pro b. c. *γ*, *Vincentius Bellouacensis IV* 82, *et nisi quod* causa bona *β* 508 ab alio iratus poenas *B* si quis irascitur et ab alio poenas expetit, a se exigit *Vincentius Bellouacensis IV* 133 509 feminae naturam regere *f β γ E* feminae naturam gerere *tres codd. Bentlei* feminae curam gerere *ceteri* feminarum curam gerere *S* feminam maturam regere *Zwingerus* feminae tutelam gerere *Bentleius* sperare *γ* est otium *S* otium est *f* est omnium *E*

fórtior qui cúpiditates ést quam qui hostes súbicit.
frústra, cum ad senéctam uentum est, répetas adulescéntiam.*
fúlmen est, ubi cúm potestate hábitat iracúndia.* t*
Hábet in aduersís auxilia, qui ín secundis cómmodat.*
heú dolor quam míser est, qui in torménto uocem nón habet!*
heú quam miserum est áb eo laedi, dé quo non ausís queri!*
heú quam paeniténda incurrunt hómines uiuendó diu! *
hómo qui in homine cálamitoso est místericors, meminít sui.*
'In malis sperárе bene nisi ínnocens nemó solet.*
inprobe Neptúnum accusat, qui íterum naufragiúm facit.* (β) t
íracundiám qui uincit, hóstem superat máximum.*
írritare est cálamitatem, cúm te felicém uocas.* (ES)

---

odium est *ceteri*, βγ 510 fortior est qui cupiditates suas quam *uulgo, et nisi quod* cupiditatem uincit quam *Seneca de mor.* 81 putandus est recte fortior qui cupiditates quam *f* recte fortior putandus est qui cupiditates subicit quam qui hostes *Vincentius Bellouacensis V* 25 511 ad sinistrum γ est uentum *Bentleius tacite* recipis *P* 512 fulmen est procul dubio. potestas cum iracundia *t* 513 *Cf.* 66 *et* 517 *Vincentius Bellouacensis IV* 67 consilia *P* quae miseris commodat γ 514 heu pro dolor β miserum *Vincentius Bellouacensis IV* 112 in *om.* γ tormento *libri Bentleiani*, βγ tormentis *G* uocem qui in tormento *Antonius* 515 laedi ab eo β (*in quibus* ab eo *cum sequentibus m. alt. scripta sunt*) laedi ab illo *B* ab illo laedi *g* ab aliquo laedi *Vincentius Bellouacensis IV* 138 ausis *G et e codd. Bentleius* possis *antea*, β possit *Vincentius* ledi qui non possit queri γ credi *Vincentius* 516 *Ita Eh* heu quam multa poenitenda incurrunt homines uiuendo diu *Vincentius Bellouacensis V* 102 heu quam multa poenitenda incurrunt (incurruntur β) uiuentes diu *uulgo* 517 *Cf.* 513 misericors est *Vincentius Bellouacensis IV* 67 518 spectare γ bene *Bentleius*, β bonum *antea*, γ 519 *Gellius XVII* 14 *Macrobius Sat. II* 7 *Io. Saresberiensis Policr. VIII* 14 (*Cf.* 50) na=u fragium *Voss. Gellii* fecit *Borb. Macrobii, Voss. Gellii* 520 hostem superat maximum βγ, *Vincentius Bellouacensis IV* 133, *Bentleius* maximum superat hostem *f* superat hostem maximum *ceteri*, *nisi quod* hostes maximos debellauit *t* 521 inritare *coni. G* felicem uocaueris β uocaueris felicem *f*

íta amicum habeas, pósse ut facile fieri hunc inimicúm putes.*
Máge cauenda amícorum est inuídia quam insidiae hóstium.
máximo perícło custodítur quod multís placet. * (*β*)
mínime amicus súm, fortunae párticeps nisi sím tuae.
mórs infanti félix, iuueni acérba, sera nímis seni.
mórtuo munús qui mittit, níl dat illi, adimít sibi.* (*β*)
múltis si tua uíta placuit, tíbi placere nón potest.
Néscias quid óptes aut quid fúgias: ita ludít dies.* (*β*)
níl prodest bene té didicisse, fácere si cessés bene.
nóndum felix és, si nondum túrba te deríserit.

---

522 *Cf. Sophoclis Aiac.* 667 *ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος, Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις· ἔς τε τὸν φίλον Τοσαῦτ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι, Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα. Gellius XVII* 14 *Macrobius Sat. II* 7 *Io. Saresberiensis Policr. VIII* 14 (*Cf.* 50) ita amicum habeas posse ut facile fieri hunc inimicum putes *Bentleius ex Caiano* ita (item *Lugd.*) amicum habeas (has *Lugd.*) posse ut fieri hunc inimicum (amicum inimicum *Voss.*) putes *Gellius et excepto Gud., qui* ita amicum habeas posse hunc (*sup. add.* ut) fieri inimicum putes *habet, Macrobius* ita amicum habeas posse ut facile fieri putes hunc inimicum *f, cum celeris libris Bentleianis* ita amicum habeas. posse ut facile fieri hunc ñ inimicum putes *β* ita amicum habeas ut posse inimicum fieri putes *Io. Saresberiensis* ita habeas amicum posse ut fieri inimicum putes *S* ita amicum habeas ut hunc fieri posse inimicum putes *Vincentius Bellouacensis V* 88 523 mage cauenda amicorum est *B* mage c. est amicorum *uulgo* magis amicorum est cauenda *b* *φυλάσσεσθαι γὰρ τῶν μὲν φίλων τὸν ψόγον, τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν Cleobulus apud Diog. Laert. I* 91 *φεῦγε μὲν τὸν φθόνον τῶν πολλῶν, φυλάσσου δὲ τὰς ἐπιβουλὰς τῶν μισούντων Theobulus apud Stob. Florileg.* 48, 23 524 maximo periclo *G* magno cum periculo *E* 525 *Menandri Monost.* 263 *et* 673 *ἰδίας νόμιζε τῶν φίλων τὰς συμφοράς* ést fortunae qui non p. tuae est *coni. G* 526 nimis sera *P* 527 qui mittit munus *P* qui munus mittit *Antonius* sibi adimit *Sg* 528 si multis tua uita placuerit, tibi placere non potest *uulgo* si multis placuerit uita tua tibi placere non poterit *f* si tua uita multis placuit, tibi p. n. potest *B* 530 nil prodest bene didicisse *uulgo* nil bene te prodest didicisse *B* 531 *Seneca de mor.* 23 'nondum es felix, si nondum te turba dimiserit.' turba te deriserit *G* te turba deridet *f* turba deridet *Vincentius Bellouacensis IV* 83 turba te derideat *B*

núlla tam bona ést fortuna, dé qua nil possís queri.* (β)
núsquam melius mórimur homines, quam úbi libenter uíximus.* (β)
'Obiurgari in cálamitate gráuius est quam cálamitas.* t
ómnes uitam differentes mórs incerta praéuenit.
ómnibus uis ésse notus? ípse noris néminem.
óptime positum ést beneficium, ubi éius meminit qui áccipit.
óptimum est sequí maiores, récte si praecésserint.
Quánto seriús peccatur, tánto incipitur túrpius.* G
quoí quid uindicándum est, omnis óptima ei occásio est.
Saépe dissimuláre satius quám uel ulciscí fuit.* S
síne dolore est uúlnus, quod feréndum cum uictóriast.
Thésaurum in sepúlcro ponit, quí senem heredém facit.* G
tólerabilior poéna haud posse quám nescire uíuere.
'Vbi sis cum tuís, etsi absis, pátriam non desíderes.

II

MINVS PROBATAE

Adúlter est uxóris amator ácrior. S

---

532 est *om. Vincentius Bellouacensis V* 126 qua nihil, *om.* de, *idem* 533 *Cf.* 130 nunquam . . . uiuimus *B* 534 *Cf.* 99 111 obiurgari *f, Bentleius* obiurgare *G t* 535 *Seneca de moribus* 10 'multos uitam differentes mors incerta praeuenit: itaque omnis dies uelut ultimus iudicandus est.' 536 *Ita B* uis omnibus esse notus? noris neminem *uulgo, nisi quod* uis omnibus esse notus? prius effice ut neminem noueris *cum Seneca de mor.* 37 *et Vincentio Bellouacensi V* 69 *P: sed* omnibus uis esse notus, neminem ipse noueris *G in notis post.*

537 *Cf.* 458 538 *Ita G* optimum est maiorum uestigia sequi, si recte p. *f, Vincentius Bellouacensis V* 37 539 turpius incipitur *f*

540 cui quid *G* quicquid *antea* omnis *G*, *om. antea* ei *om. uulgo* illi *T. Faber* 541 satius quam uel ulcisci *Bentleius* quam uel ulcisci satius *antea* satius uitia quam ulcisci *coni. B* 542 uulnus quod ferendum est cum uictoria *uulgo* quod ferendum est uulnus c. u. *B* 544 *Menandri Monost.* 296 κρεῖττον τὸ μὴ ζῆν ἐστιν ἢ ζῆν ἀθλίως (*conl. Philem.* 209 *et* 193) poena est non posse *f* 545 et absis patriam desideres *f* et absis patria, eam d. *G* et absis, patriam non d. *O cur. sec.* ut absis, patriam non d. *B*

546 *Cf. Seneca de const. sap.* 7, 4 'si quis cum uxore sua tamquam

altérius damnum gaúdium haud faciás tuum.* S
amícis eo magís dees quo níhil habes. S
amicitia pares aut accipit aut facit. S
amicitia semper prodest, amor et nocet. S
amícum laedere né ioco quidém licet. S
amícum perdere ést damnorum máximum. S
amóri finem témpus, non animús facit. S
amor ótiosae caúsa est sollicitúdinis. *(E)
a mórte semper hómines tantundem ábsumus. S
animus aeger turpe praebet spectaculum.
annósus non diú uixit, diú fuit.
ars nón ea est, quae ad éffectum casú uenit. S
astute crines dum celantur, aetas indicatur. *
auárum irritat, nón satiat pecúnia. S
auárus damno pótius quam sapiéns dolet. *

---

aliena concumbat, adulter erit, quamuis illa adultera non sit.'

adulter est in suam uxorem omnis impudicus amator ardentior *Sexti Pythagorici sent. a Rufino Latine conuers.* 222 *laudata eius nomine* (*sed om.* omnis impudicus) *a Vincentio Bellouacensi IV* 98, *item VI* 7: *cf. Orelli opusc. Graec. sent. I* 590 *sq.* 547 *Cf.* 281: *damnauit Ritschelius sched. crit.* 16 548 *Cf.* 383 eo non dees magis *B* nihil] minus *T. Faber* 550 *Seneca epist.* 35, 1 'amicitia semper prodest, amor etiam aliquando nocet.' 552 *Seneca epist.* 99, 3 'quod damnorum omnium maximum est, si amicum perdidisses.' 553 *Cf.* 25 554 otiosae causa sollicitudinis est *γ*
est
otiosae causa sollicitudinis *β* otiosae cura est s. *g* causa est otiosae s. *Vincentius Bellouacensis IV* 109 otioso causa s. *Zwingerus* otiosae causa s. *uulgo* 555 *Seneca epist.* 30, 17 'non mortem timemus, sed cogitationem mortis. ab ipsa enim semper tantundem absumus.' 556 turpe spectaculum praebet animus aeger *Seneca de mor.* 89 turpe praebet spectaculum aeger animus *Vincentius Bellouacensis IV* 107 turpe *e codd. g* turbae *ceteri* 557 *Seneca de breu. uitae* 7, 10 'non est itaque quod quemquam propter canos aut rugas putes diu uixisse: non ille diu uixit, sed diu fuit.' 558 *Seneca epist.* 29, 3 'non est ars, si quae ad effectum casu ueniunt.'

casu ad effectum *B* 559 *Ita libri plerique* astuta canos dum celantur, aetas indicat *e cod. aliquo g* astu canos dum celant, aetas indicat *uel* astute dum celatur, se aetas indicat *e coni. idem* astute dum celatur, aetas se indicat *uel* astu crimen celatur, aetas indicat (*ita h*) *E* aestate cinaedum celat. aetas indicat *β* aetas cinaedum celat, aetas indicat *S* 560 *Cf.* 37 561 *Altera manu add. in β*

potius quam fama *coni. Casp. Orellius* ignominia sapiens *uel* potius

Bona ímperante animó fiet pecúnia. β
bona quaé ueniunt, nisi sústineantur, ópprimunt. *(E)
bonís nocet, quisquís pepercerít malis. *(β)
bonum ád uirum cito móritur iracúndia.*
bonum ést etiam bona uérba inimicis réddere.
Cauéndi nulla est dímittenda occásio. *
ciuílis belli oblíuio defénsio est. S
cogás amantem irásci, amari sí uelis.
conscientiae potius quam famae attenderis.
consídera quid dícas, non quid cógites. S
consílio melius uíncas quam iracúndia. *
consílium inueniunt múlti, sed docti éxplicant.
contémni grauius sápienti est quam pércuti. *
crudélis est, non fórtis, qui infantém necat.* G
Damnum nisi ex abundantia raro uenit. S
dedíscere flere féminam est mendácium.*
de inimíco ne loquáris male, sed cógites. *t

---

quam sanna *coni. G* 562 bona imperanti pecunia est *f* bona in parente. anima est pecunia *β* 563 uehunt *B* nisi sustineantur, cadunt (uadunt *β*) ut opprimant *β γ P* *Elegantius scribas:* bona si quae ueniunt, nisi sustineas, ópprimunt. 564 bonis nocet qui malis parcit *γ*, *Seneca de mor.* 114 quicunque malis pepercerit *coni. b* 565 apud *gh* 566 reddere bona uerba etiam inimicis *g* bonum est bona etiam uerba i. r. *b* 569 *Cf. Terent. Andria III* 3, 23 amatam *b* amare *uulgo* scieueris *b* 570 conscientiam magis quam famam attende *Walterus Burley*, *unde* magis quam famam attende conscientiam *M. Hauptius Phil. III* 377 plerique famam, pauci conscientiam uerentur *g* plurimi famam, pauci uerentur conscientiam *Vincentius Bellouacensis V* 67 famam curant multi, pauci conscientiam *aliter* 573 consiliis iuuenum multi se docti explicant *f*, *corr. G* 574 *Salomonis prouerb.* 10, 8 'urit increpatio prudentem magis quam si percutias stolidum centies.' contemni grauius sapienti est quam *β*, *B* contemni grauius est stultitiae quam *S* contempni est grauius quam stultitia *γ* contempni est grauius quam stulte[itia] *β* contemni est leuius quam stultitia *gh* contemni grauius sapientiae est quam *G* c. leuius stultitiae est quam *idem aliter* 576 *Walterus Burley utitur* 577 *Cf.* 299 didicere *S*, *Bentleius* fere *β* feminam est *Eg* femina est *f* feminae est *βγ* feminae in *S*, *Bentleius* 578 non *β* sed] si *E* de inimico penitus ne loquaris *t* de inimico ne dixeris malum *Vincentius Bellouacensis IV* 169

difficile reciduntur, qui nobiscum creuerint. γ
discúte quod audis ómne, quod credás proba.
dolor ánimi grauior ést quam corporís dolor.
Eodem ánimo beneficiúm debetur quó datur. S
et cálamitas uirtútis est occásio. S
etiám bonum saepíus obest adsuéscere.
etiam sanato uulnere cicatrix manet. S
ex líte multa grátia fit formósior.
ex praémi spe labóris fit solátium. S
Facílius crescit quam ínchoatur dígnitas. S
falsúm maledictum máleuolum mendácium est. *
felícitas nutríx est iracúndiae. S
ferás quod laedit, út et id quod prodést feras. *
ficta cito ad naturam reciderint suam.* (β)
fortúna dat multa úsu, mancipió nihil. S
fortúna ius in hóminis mores nón habet. S
fortúna magna mágna domino est séruitus. S
frequéns uindicta paúcorum odium réprimit. S

---

579 *Fortasse:* difficilius recciduntur quae n. c. 580 *Menandri Monost.* 566 ἄκουε πάντων, ἐκλέγου δ' ἃ συμφέρει. audis *Tzschuckius* audias *uulgo, etiam Walterus Burley, qui deinde:* et proba quod credas. 581 *Menandri Monost.* 75 βέλτιόν ἐστι σῶμά γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν corporis, *om.* dolor, *P* dolor animi nimio grauior est quam corporis *B* 582 debetur eodem *uel* eodem debetur beneficium animo *b* 583 *Seneca de prouid.* 4, 6 'calamitas uirtutis occasio est.' 584 *Cf.* 70 bono *susp. G* saepe est aedsuoscere *Palat.* 586 *Cf.* 125 multo *coni. O* amantum *susp. G* 587 ex spe praemii solatium fit laboris *P* et spes praemii solatium est laboris *γ* spes praemii laboris est solatium *S* 588 *Seneca epist.* 101, 2 'facilius enim crescit dignitas quam incipit.' 589 maliuolum *β* 590 felicitas iracundiam nutrit *γ*, *Seneca de ira II* 21, 7 est nutrix *B* 591 ut quod *f β*, *Vincentius Bellouacensis IV* 82 perferas *g* 592 ficta cito in naturam suam recidunt *Seneca de clem. I* 1, 6 cito ad naturam ficta reciderint suam *praeeunte T. Fabro Bentleius* 593 *Seneca epist.* 72, 7 'nihil dat fortuna mancipio.' *Contulit Koechlyus cum inscriptione Albana* (*Or.* 4806: *uide Anthol. Lat. coroll. epigr. scr. Ritschelius p. V et XIII*): fortuna spondet multa, praestat nemini. dat multa usu *B*, *Ritschelius* usu dat multa *uulgo* 594 *Seneca epist.* 36, 6 'in mores fortuna ius non habet.' 595 *Seneca ad Polyb. de consol.* 6, 5 'magna seruitus est magna fortuna.'
596 *Seneca de clem. I* 8, 6 'quia frequens uindicta paucorum odium

frustrá rogatur, quí misereri nón potest. *
Gloriosum est iram amici amicitiam dare. γ
grauióra quaedam súnt periclis rémedia.* S
grauis ánimi poena est, quém post factum paénitet. * t
grauis ánimus dubiam nón habet senténtiam. *
grauíssima est probi hóminis iracúndia. * t
Habént locum maledícti crebrae núptiae. *
heu cónscientia ánimi grauis est séruitus!
homo semper in se aliud fert, in alterum aliud cogitat. *
Ignís probat aurum, míseriae fortém probant.
ignóscere hominum est, úbi pudet cui ignóscitur. S
impérium habere uís magnum? imperá tibi.
in amóre forma plús ualet quam auctóritas.
in amóre semper caúsa damni quaéritur.
infírmi animi est non pósse diuitiás pati.
ingénuitas non récipit contuméliam. * t
ingénuitatem laédis, cum indignúm rogas. * t

---

reprimit, omnium inritat.' 598 amicitiae *Reinholdus. Fortasse:* iram inimici amicitiam dare, *i. e.* reddere 599 *Senecae Medea* 433 'remedia totiens inuenit nobis deus Periculis peiora.' periclis remedia *Bentleius* remedia periculis *uulgo* 600 *Cf.* 321 467 anima *β* facti S*β* g. a. poena est proximumque ad innocentiam locum tenet uerecunda peccati confessio *Vincentius Bellouacensis V* 22 grauis poena est poenitenti. cui post factum crucientur animi *t* imprudens peccat quem post facti poenitet (peccauit quem facti p. *f*) *aliter* 601 *Vincentius Bellouacensis IV* 86 602 *Cf.* 78 probi] sibi *Vincentius Bellouacensis IV* 133 tarde si grauius uir irascitur. et perbicax ulciscitur *t* 604 heu quam animi conscientia grauis est seruitus *G* haec conscientia animi grauior est seruitute *f* heu quam conscientia animi grauis est seruitus *O* 605 *Ita f* homo semper aliud fert in se, in alterum aliud cogitat *lectio uetusta apud G* homo semper aliud fuerit in alterum. aliud cogitat *β* homo semper in sese aliud fert, in alterum aliud cogitat *E* homo semper in os fert aliud, aliud cogitat *S* 606 *Seneca de prouid.* 5, 10 'ignis aurum probat, miseria fortes uiros.' *Item, nisi quod* fortis uires, *γ* 607 hominum est ubi *S* hominum est nisi *fβ* humanum ubi *Egh* cui *om. f* cum *B* 608 *Seneca epist.* 113, 30 'imperare sibi maximum imperium est.' uis habere honorem ? do tibi imperium (dabo tibi magnum imperium *P*): impera tibi *Vincentius Bellouacensis IV* 125, *P* 611 *Seneca epist.* 5, 6 'infirmi animi est pati non posse diuitias.' 612 recipit] fert *t* 613 laedas cum i.

inimíci ad animum núllae conueniúnt preces.
inimíco extincto exítium lacrimae nón habent.
iniúriam facílius facias quám feras.
in mísero facile fít potens iniúria.
intéllige ecquae sínt, ut et bene agás bona. S
irátus nil non críminis loquitúr loco.
ius ómne super omném positum est iniúriam.
Lapsús semel fit cúlpa si iterum cécideris.
late lucere ignis ut nihil urat potest.
legém solet oblíuisci iracúndia.
lingua ést maliloquax méntis indiciúm malae. S
lucrúm sine damno altérius fieri nón potest. *t
Mage ualet qui nescit, calamitas quid ualet.
magnám fortunam mágnus etiam animús decet.
magnúm crimen secum ádfert indignátio.
mala ést uoluptas álienis adsuéscere. *
mala mórs necessitátis contumélia est.
malám rem cum uelís, honestatem ímprobes.
malus ánimus in secréto peius cógitat.

---

roges *P* laedit qui i. rogat *Vincentius Bellouacensis IV* 51 laedis cum dignum roges *β* honestatem laedes cum pro indigno intercedis *t*, *in quibus* laedis *et* interuenis *corr. M. Hauptius Philol. I* 665 618 intellige quae sint bona ut bene agas *Sexti Pythagorici sent. a Rufino Latine conuers.* 49 620 *Cf. Seneca const. sap.* 8, 1 'iniuria autem non potest fieri nisi iniuste, ergo sapienti iniuria non potest fieri.' ius omnem supra iniuriam positum scias *P* ius omne positum est omnem super iniuriam *B* 622 ut urat nihil ignis *B*

623 *Cf.* 254 *Ita G* legem solet obliuiscier iracundia *uulgo* l. obliuisci solita est iracundia *B* 624 mentis indicium malae *B* indicium mentis malae *antea* lingua maliloqua indicium est mentis malae *Sexti Pythagorici sent.* 74: *cf. Orelli Opusc. Graec. sent. I* 581

625 *Vincentius Bellouacensis IV* 146. *Seneca de ira II* 8, 2 'nulli nisi ex alterius iniuria questus est.' *Cf.* 69 *Damnauit hunc uersum Ritschelius sched. crit.* 19 627 *Seneca de clem. I* 5, 5 'magnam fortunam magnus animus decet.' etiam animus decet *G* animus decet, *om.* etiam, *g* animus condecet *B* 628 magna est cum crimen adfert i. *B* 629 *Seneca de benef. VII* 21, 2 'poenas a se exigens improbae cupiditatis, ne alieno adsuesceret.' uoluntas *fγ*

alienis adsuescere *P* ad alienum consuescere *uulgo* 630 *Seneca epist.* 70, 20 *de bestiario, qui ante spectaculum mortem turpi modo sibi contraxerat, narrans:* 'hoc fuit morti contumeliam facere.'

malús bonum ad se númquam consiliúm refert.
malus étsi obesse nón pote, tamen cógitat.
malús qui cumque in poéna est, praesidium ést bonis.
mansuéta tutióra sunt, sed séruiunt.
meretríx est instruméntum contuméliae.
metúm respicere nón solet quidquíd iuuat.
misér dici bonús uir, esse nón potest. S
mísericors ciuis pátriae est consolátio.
miseri ést nescire síne perīclo uíuere.
misérrimum est arbítrio alterius uíuere.
miserum te iudico, quod numquam fueris miser.
mora cógitatiónis diligéntia est.
mori ést felicis, ántequam mortem ínuocet.
multa ánte, tempus, quám uirum inueniás bonum.
multa ígnoscendo fít potens poténtior.
munéribus, non lacrimís meretrix est mísericors.
mutát se bonitas írritata iniúria.
Necéssitas ab hómine quae uult ímpetrat.
necéssitas egéntem mendacém facit.
necéssitas quod célat, frustra quaéritur.
necéssitatis ést remedium párcitas. S

---

634 etiam si obesse non potest, tamen *P* etsi o. non potest, tam *susp. B* 635 *Cf.* 430 637 instrumentum est *P* 639 *Seneca de prouid.* 3, 1 'ne umquam boni uiri misereris: potest enim miser dici, non potest esse.' miser esse bonus uir non potest, dici potest *B* 640 *Cf.* 375 377 641 miseriam nescire est *aliter*, unde miseriam nescire propriam est *g* 642 alterius arbitrio *P* 643 *Seneca de prouid.* 4, 3 'miserum te iudico quod numquam fuisti miser.' te dico fueris quod numquam *b* dico illum qui fuit numquam *B* 644 diffidentia *susp. G* 645 *Seneca ad Marc. de consol.* 20, 1 (mors) 'de nullis melius merita quam de eis ad quos uenit antequam inuocaretur.' felicius *y*, *libri quidam Erasmi* inuocens *y* 646 multo *susp. O* ante tempus *uulgo* ante in tempus *B* 647 *Cf.* 221 238 430 *sq.* 648 *Creticum dimetrum dicit Spengelius in Caecil. p.* 7 muneribus meretrix tangitur, non lacrimis *B* 649 irritata *S* cum irritatur *f* cum irrites *Egh* 650 *sq. Quintilianus Declam. XII* p. 212 *Obr.* 'fames aspera uitalia haurit . . . haec ad humile opus nobiles manus mittit, haec alienis pedibus mendicantes prosternit, haec saepe sociorum fidem fregit, haec uenena populis publice dedit, haec in parricidium pios egit.' 653 parcitas est remedium *B*

nemo íta pauper uiuít, quam pauper nátus est.
nemó qui coepit éx se, risum praébuit.* G
nil áliud scit necéssitas quam uíncere.
nil éripit Fortúna, nisi quod ét dedit.* S
nil nón aut lenit aút domat diutúrnitas. S
nil pósse quemquam, mórtuum hoc est uíuere. S
nil túrpe ducas pró salutis rémedio. t
nil túrpius quam uíuere incipiéns senex.* S
nimium ést in morte boní, si nil siét mali.
nocére casus nón solet constántiae.
nolí contemnere éa quae summos súbleuant.
non ést bonitas essé meliorem péssimo. S
non ést pusillum, sí quid maximo ést minus. S
non fácile de innocénte crimen fíngitur.
non quám multis placeás, sed qualibús stude.
non uíncitur, sed uíncit qui cedít suis.
nulla hóminum maior poéna est quam infelícitas.
nulli ímpones, quod ípse ferre nón queas. S

---

654 *Seneca de prouid.* 6, 6 ‘nemo tam pauper uiuit, quam natus est.’ nemo tam pauper uixit quam natus fuit *B* 655 *Seneca de const. sap.* 17, 2 ‘nemo risum praebuit qui cepit ex se.’
656 *Cf.* 306 308 311 657 *Seneca de const. sap.* 5, 4 ‘nil eripit fortuna nisi quod dedit.’ 659 quidquam *susp. O* nihil posse, hoc est mortuum uiuere *Walterus Burley* 660 *Cf.* 71
turpe *G* tpe *f* turpius *t* tempora *P ex coni.* ducas] dicas. quod fit *t* 661 *Seneca epist.* 23, 10 ‘male uiuunt, qui semper uiuere incipiunt . . . quidam uero tunc incipiunt, cum desinendum est.’
662 *Cf. Enni trag. rel.* 354 nimium *G* nimirum *f* cum nil siet *P* cum nihil sit *f* si nil inest *G* nimium boni est in morte, si nil sit mali *B* 663 *Cf.* 337 665 *Seneca epist.* 79, 11 ‘nec enim bonitas est pessimis esse meliorem.’ 666 *Seneca epist.* 100, 9 ‘non statim pusillum est, si quid maximo minus est.’ 668 *Seneca de mor.* 8 *Martinus de form. hon. uit.* 2, 11 ‘nec quam multis, sed qualibus placeas cogita.’ ne tu quam multis, sed quibus placeas uide *B* uide *praeeunte G* nunquam quam multis placeas, sed quibus stude *F ex ms.* 669 *Calpurnius Flaccus Decl.* 21 ‘cede fratri, cede uel patri. uictor eris, mihi crede, si cesseris.’ 670 nulla est maior homini poena quam necessitas [ti] inopia *t*, *unde* nulla hominum maior poenast quam necessitas *M. Hauptius Phil. I* 665 671 nulli impones quod ipse non possis pati *S* nulli tu i. ipse quod ferre haud queas *B* nulli imponas quod ipse facere non poteris *Walterus Burley*

nullo ín loco male aúdit misericórdia.
nullúm sine auctorámento est magnúm malum. S
nullum putaueris esse locum sine teste.
nullús sapientum próditori crédidit.
numquám non miser est, quí quod timeat cógitat.
numquám satis est quod ímprobae speí datur. S
Odia multorum sub uultu, multorum sub osculo latent.
omne uitium semper habet patrocinium suum.
omnís dies uelut últimus ordinándus est.
omnís uoluptas quém cumque arrisít, nocet.
Pacém cum hominibus, béllum cum uitiís habe.
paruó fames constát, magno fastídium.
patiéns et fortis se ípsum felicém facit.
patría sua est, ubi cúmque uixerís bene.
peccátum amici uéluti tuum recté putes.
pecuniae imperare oportet, non seruire.
perfácile felix quód uota imperánt facit.
perícla qui audet, ánte uincit quam áccipit.* G
per quaé sis tutus, ílla semper cógites.

---

673 *Seneca epist.* 69, 4 'nullum sine auctoramento malum est.' 674 *Ita f* nullum putaueris locum esse sine teste *γ*, *Vincentius Bellouacensis V* 35 *et*, *om.* esse, *Seneca de mor.* 79 n. sine teste locum esse putaueris *Vincentius IV* 92 *et* 170 n. sine teste putaueris suo locum *G* n. sine teste suo locum putaueris *B* 675 *Cicero in Verr. I* 15, 38 'nemo umquam sapiens proditori credendum putauit.' 677 numquam est satis, spei improbae quicquid datur *B* 678 *Ita f* odia alia sub uultu, alia sub osculo latent *G* odia alia in osculo, alia sub uultu l. *uel* multa sub uultu latuerint odia, multa in osculo *B* multorum odia sub occulto latent, omnia tamen pandentur, non dico si cecideris, sed si titubaueris *Vincentius Bellouacensis IV* 135 679 *Seneca epist.* 116, 2 'nullum est uitium sine patrocinio.' uitium omne semper habet p. s. *B* 680 *Seneca epist.* 12, 8 'itaque sic ordinandus est dies omnis tamquam cogat agmen.' *Cf. ad* 535 uelut postrema est ordinanda omnis dies *B* o. d. uelut ultimus putandus est *F ex ms.* 681 quamcumque *susp. O* 682 *Ita B* pacem habebis cum hominibus, cum uitiis bellum *Seneca de mor.* 34 p. cum hominibus habebis, bellum cum uitiis *f* cum hominibus pacem, bella cum uitiis habe *F ex ms.* 683 *Ita Seneca epist.* 17, 4 paruo fames stat, magno stat f. *B* 686 ueluti *P* uelut *uulgo* 687 *Ita f et Seneca de mor.* 58 pecuniae imperare non seruire conuenit *F e ms.* p. oportet imperes, non seruias *G* 688 *Cf.* 93

plerique metu peccare cessant, non innocentia.
plus ést quam poena iniúriae succúmbere.
plus ést quam poena síne re miserum uíuere.
poena ád malum serpéns ut proterát uenit.
poena álleuatur túnc, ubi laxatúr dolor.
potestas in aduersis numquam est felicitas.
potést non esse honéstum quod non líberum est?
prodést qui cumque obésse non uult, cúm potest.
prope ést libens ut dámnet, qui damnát cito.
prope ést non aeque ut dámnet, qui damnát nimis.
pulchrum est praestare cuncta, nil exigere.
purás deus, non plénas aspicít manus. S
Quam felix uita, quae sine negotiis transit!
quam málus est, culpam quí suam alteriús facit!
quam míserum est cum se rénouat consumptúm malum!
quam míserum officium est, quód successum nón habet!
quam saépe ueniam quí negauerát, petit! S
quamuís acerbus quí monet, nullí nocet.
quem díligas, etiám queri de ipsó malum est.
qui aequó malis animó miscetur, ést malus.
quidam ínimici graués amici súnt leues.

---

691 *Ita f*, *Vincentius Bellouacensis IV* 106 plerique metu cessant poena non i. *γ* 694 serpentia *f* ut *G* cum *f* poena ad malum serpendo uenit ut proterat *uel* malos ut poena proterat serpens uenit *B* 695 leuatur *f* 696 potestas ult' *f* potentia *P* patiens *S* potestatem aduersi haud habet f. *B* 697 *Seneca epist.* 66, 16 'non potest honestum esse, quod non est liberum.' 698 *Cf.* 332 699 *sq. Seneca de clem. I* 14, 3 'prope enim est ut libenter damnet, qui cito: prope est ut inique puniat, qui nimis.' *Versus concinnauit G* 701 omnia praestare nihil exigentem *Vincentius Bellouacensis IV* 50, *et*, *nisi quod* exigenti, *g* praestare cuncta, cum nil exigas *b* nihil te exigere, praestare omnia *B* 702 *Menandri Monost.* 246 θυσία μεγίστη τῷ θεῷ τό γ' εὐσεβεῖν 703 *Horatius* 'beatus ille qui procul negotiis' *c. q. s.* uita exacta sine negotiis *B* 704 *Damnauit Ritschelius sched. crit.* 19

705 *Cf.* 376 707 *Seneca de ira II* 34, 4 'quam saepe ueniam qui negauit petit.' petit is qui negauerat *B* 709 delegisti, queri etiam de illo *B* 710 miscetur animo, ipse est *B* qui aequo animo malis immiscetur, malus est *Seneca de mor.* 75 711 *Ita Palatt. Cantabr. γ* quidam inimici graues sunt inimici leues *f* quidam

quid est beneficium dare? imitari deum.
quidquíd fit cum uirtúte, fit cum glória.
quid quísque possit, nísi temptando nésciet. S
715 quietissime uiuerent homines, si duo uerba tollerent: meum et tuum.
qui in uéro dubitat, mále agit cum delíberat.
qui iús iurandum séruat, quouis péruenit.
qui metuit calamitatem, raro accipit.
qui póte nocere, timétur, cum etiam nón nocet.
720 quis pauper est? qui sibi uidetur diues.
quis plúrimum habet? is qui ómnium minimúm cupit.
qui tímet insidias ómnis, nullas íncidit. t
qui uénit ut noceat, sémper meditatús uenit.
quod cúmque sibi imperáuit animus, óbtinet. S
725 quod ést timendum, décipit si néglegas.
quod fácere turpe est, dícere ne honestúm puta. S
quod néscias, damnáre summa est témeritas. S

---

graues inimici amici sunt leues *B* 712 *Seneca de benef. III* 15, 4 'qui dat beneficia, deos imitatur.' *Idem de mor.* 47 'quid est dare beneficium? deum imitari.' dare] deferre *B* 714 *Seneca de prouid.* 4, 3 'quid quisque posset nisi temptando non didicit.' tentando *G* tentato *antea* 715 *Ita f et, nisi quod* de medio tollerentur, *Vincentius Bellouacensis IV* 135 *V* 77, *item fere Seneca de mor.* 98 quieta uita iis qui meum et tollunt tuum *B* 716 *Cicero de off. III* 8, 7 'hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio (est enim totum sceleratum et impium) qui deliberant utrum id sequantur, quod honestum esse uideant, an se scientes scelere contaminent.' 718 raro *f* rarius *Sartorius* is raro *B* 719 nocet] adest *aliter: cf.* 379 720 *Ita f et, nisi quod* est pauper, *Vincentius Bellouacensis V* 76 quis est pauper? qui sibi uidetur *Seneca de mor.* 60 q. p. e. diues uidetur qui sibi *G* q. p. e. uidetur qui diues sibi *uel* quis pauper tibi uidetur? qui diues sibi *B* 721 *Cf. inc. inc. fab. LXVI* is *et* omnium *om. Seneca de mor.* 46 *et Vincentius Bellouacensis V* 76 plurimum habet is qui minimum c. *Vincentius V* 77 722 *Cf.* 82 465 qui insidias plus timet. capitur minus *t* 723 *Cf.* 73 724 *Seneca de ira II* 12, 4 'quod cumque sibi imperauit animus, obtinuit.' *Ita B* q. animus sibi imperauit obtinet *uulgo* animus hominis quicquid sibi imperat, obtinet *S* 726 *Isocrates ad Demonicum* 4, 15 (*p.* 5 *a*) ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. quae *Walterus Burley* ne honestum *f* honestum ne *G* inhonestum *melius Walterus Burley* turpia ne dixeris *e. q. s. Vincen-*

quod uitiosum est quo animo facias nihil inter est.
Refért quam quis bene uíuat, quam diú minus.
remíssio animum frángit, arcum inténsio. *β
repelli se homines facilius quam decipi ferunt.
res ínquieta est ín se ipsam felícitas. S
reuértere unde uéneris: nihíl graue est. S
rex ésse nolim ut ésse crudelís uelim.
rogánti melius quam ímperanti páreas.
Saepe ígnoscendo dás iniuriaé locum.
saepe óculi et aures uúlgi sunt testés mali. S
sanctíssimum est meminisse cui te débeas.
se dámnat iudex, innocentem qui ópprimit.
sempér metuendum quídquid irascí potest.
sempér plus metuit ánimus ignotúm malum.
sempér redundat ípse in auctorés timor. S
sensús, non aetas ínuenit sapiéntiam. t
se pósse plus irátus quam possít putat.
sero est in periculis consilium quaerere.
si níl uelis timére, metuas ómnia.
solacium grande est cum uniuerso una rapi.

---

tius Bellouacensis IV 170, *Seneca de mor.* 120 728 est uitiosum *B* nihil *om. B* 729 uixerit *B* quam diu non refert *G* non quam diu *B* 730 *Plutarchus an seni sit g. r.* 16 τόξον μὲν γάρ, ὥς φασιν, ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη *Ita g* acuit intentio, frangit animum remissio *Seneca de mor.* 138 arcum intensio frangit, animum remissio *uulgo* 731 se homo f. fert quam decipi *G* se homo quam decipi fert facilius *B* 732 *Seneca epist.* 36, 1 'res est inquieta felicitas: ipsa se exagitat.' in sese ipsam est *B* 733 *Seneca de tranq. an.* 11, 4 'reuerti unde ueneris quid graue est? male uiuet, quisquis nesciet bene mori (272).' reuerti eo unde uenerit, nulli *G* 736 iniuriae dederis *B* 737 oculos et aures malos testes esse de sapientia Socrates dicit *f* oculos et aures uulgi puta malos testes esse *Walterus Burley* 739 *Cf.* 247 742 *Seneca de ira II* 11, 3 'quid? quod semper in auctores redundat timor.' 743 sensum . . . sapientia *t* 744 *Ita P* semper iratus plus se posse putat quam possit *f* *Possis etiam:* iratus plus se posse quam possit putat. 745 sero est consilium te in periclis quaerere *B* s. est consilium quaerere in periculis *b* *An:* sero in periclis est consilium quaerere ? 746 *Cf.* 82 465 *Seneca Nat. quaest. VI* 2, 3 'si uultis nihil timere, cogitate omnia esse timenda.' 747 *Seneca de prouid.* 5, 8 'grande solacium est cum uniuerso rapi.' solamen *B*

sordídius multo uíuimus quam náscimur.
spes ínopem, res auárum, mors miserúm leuat.
stultítiae partem intérdum habet felícitas.
stultum ést alium uelle úlcisci poená sua.
stultum ést timere, quód uitari nón potest. *
stultum ímperare réliquis, qui nescít sibi. S
stultús superbis ínuidet felícibus.
submíttit se, quae se érigit felícitas.
suspécta semper órnamenta eméntibus. S
Tacere qui nescit, nescit loqui.
tam diú discendum est hómini, quam diu nésciet.
torméntum o dulce, aequo úbi reprimitur gaúdium!
turpis inopia est, quae nascitur de gloria. S
tutíssimum est timére nil praetér deum.
Vbi coépit pauper díuitem imitarí, perit.

---

748 *Seneca de mor.* 19 'omnes infantes terra nudos excipit: non te pudet sordidius uiuere quam nasci?' 751 *Menandri Monost.* 152 ἐχθροὺς ἀμύνου μὴ 'πὶ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ uelle ulcisci alterum *B* 752 *Seneca de remed. fort.* 3 *et de mor.* 39 'morieris: stultum est timere quod uitare non possis.' mutari *f* 753 stultum est si uelit imperare aliis qui sibi nescit *cod. Reginae Vat.* (*Bibl. de l'école des chartes II* 118) stultum est autem ut uelit quis imperare aliis, cum sibi ipsi imperare non possit *Walterus Burley* 755 *Euang. Matth.* 23, 12 ὅστις δὲ ὑψώσεται ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται. infelicitatem erige, submitte felicitatem *Seneca de mor.* 62 submittet . . . eriget *B* 756 *Seneca epist.* 80, 9 'itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt.' 757 *Ausonius sept. sap.* 2, 1 'loqui ignorabit, qui tacere nesciet.' *Ita cum libris Vincentius Bellouacensis IV* 170 *V* 29 *et* (loqui nescit) *IV* 92 qui nescit tacere, nescit et loqui *Seneca de mor.* 132 tacere quisquis nescit, hic nescit loqui *P e coni.* t. nescit idem qui nescit l. *G* t. qui nescibit, nescibit l. *B* 758 *Seneca epist.* 76, 3 'tam diu discendum est quam diu nescias.'

759 tormentum o dulce ubi aequo reprimitur gaudium *uulgo* o dulce tormentum aequo ubi reprimitur g. *f* tormentum est, dulce acerbo ubi premitur gaudium *g* tormento dulce aequum, ubi reprimitur g. *b* tormentum est dulce, ubi aequo premitur g. *B* 760 mala est inopia quae nascitur ex copia *Turic. unde* malast inopia, ex copia quae nascitur *M. Hauptius Phil. I* 665 turpis est inopia quae de gloria nascitur *Walterus Burley* turpe est, quae inopia nascitur de gloria *B: an* turpist quae inopia ? 761 tutissimum est timere nil *B* tutissima res est nihil timere *P, Vincentius Bellouacensis IV* 74 tutissima res timere nihil *uulgo* 762 *Phaedrus I* 24, 1 'inops po-

ubi cúmque pudor est, sémper ibi sancta ést fides.
ubi fáta peccant, hóminum consilia éxcidunt.
ubi ínnocens formídat, damnat iúdicem.
ubi timetur, nil quod timetur nascitur. t
uerbum ómne refert ín quam partem intéllegas.
uerúm cur non audímus? quia non dícimus.
uiri boni est nescíre facere iniúriam.
uirtúti amorem némo honeste dénegat.
uirtúti melius quám fortunae créditur.
uirúm bonum natúra, non ordó facit.
uitium prius fuit assentatio, nunc est mos. S
uix quísquam transit ín bonum nisi éx malo.
ulcéra animi sanánda magis quam córporis.
unús dies poenam ádfert, multi cógitant.
uolúptas e difficili data dulcíssima est.

Cóntumeliám non fortis póte nec ingenuús pati. *β t
cúius mortem amíci expectant, uítam ciues óderunt. *β
'Esse necesse est uítia minima máximorum máxima.
est beneficium eo carere quod inuitus possideas.
Félix est non qui uidetur ésse aliis, sed quí sibi.

---

tentem dum uult imitari, perit.' diuitem pauper *f* 765 *Cf.* 739 766 *Cf.* 746 ubi nihil timetur. quod timeatur nascitur *t*, *B* 768 *Seneca epist.* 29, 1 'audire uerum timet, a quo periculo iam abest. nulli enim nisi audituro dicendum est.' uerum non dicimus nec audimus *P* 769 uiri boni est scire pati nec scire facere iniuriam *Walterus Burley* uiri boni est pati, non facere iniuriam *F ex ms.* 773 *Ita*, *nisi quod* nunc est amor, *f* uitium prius fuit obseruatio, nunc mos est *g* uitium fuit, nunc mos est assentatio *S* 774 *Seneca de clem. I* 6, 4 'ad innocentiam tamen peccando peruenit.' *Idem epist.* 50, 7 'ad neminem ante bona mens uenit quam mala.' uix quisquam in bonum nisi ex malo transit *P* 776 quam multi *f* 777 *Cf.* 441 778 *Seneca controu. III praef.* 'Albucius non tulit contumeliam ... homo summae probitatis, qui nec facere iniuriam nec pati sciret.' *Ita f et teste G 'libri quidam'*, *h S* c. nec fortis potest nec ingenuus pati (egenus ferre *t*) *β t* c. nec facere fortis potest nec ingenuus pati '*membr. al.*' *teste G* c. nec ingenuus fert nec fortis facit *G* c. nec fortis fert neque ingenuus facit *B* c. nec facere pote nec ingenuus pati *b* 779 mortem expectant ciues uitam *g* oderint *B* 780 necesse est minima esse maximorum uitia *f*, '*schedae*' *Gruteri* 781 beneficium est *γ* 782 *Seneca de remed.*

Heu quam miserum est discere seruire, ubi dominari doctus es! β
'Inter amicos iúdicatur quam ínimicos moléstius.
ípsae amicos rés opimae páriunt, aduersaé probant. *
Neminem cito accusaueris, neminem cito laudaueris.
néscit is nocére, qui nocére uelle pérdidit.
né uirtutibús multis abúndat, qui alienás amat.
ní gradus seruétur, nulli tútus est summús locus.
níl rationis ést, ubi res sémel in affectúm uenit.
nón aliter uiués in solitúdine, aliter ín foro.
non est pusilla domus quae multos recipit amicos.* B
nullus est tantus quaestus quam quod habeas parcere. S
'Odio oportet út peccandi, nón metu faciás bonum.
óptime positum ést beneficium, ubi éius meminit qui áccipit.

---

fort. 16, 10 'felix est non qui aliis uidetur, sed qui sibi.' 783 ubi non sis doctus dominari *f* ubi sis doctus d. *P*, *β* nisi doctus sis d. *Vincentius Bellouacensis V* 43 784 inter amicos quam inimicos iudices molestius *B* *An:* modestius? 785 amicos secundae res parant, aduersae certissime probant *Seneca de mor.* 51 amicos res opimae parant, aduersae probant *Egh* amicum opimae res parant, tristes probant *coni. E* 786 *Ita fγ* neminem cito accusaueris uel laudaueris *Vincentius Bellouacensis IV* 92 n. c. laudaueris uel accusaueris *idem IV* 170 neminem laudaueris, neminem cito accusaueris *Seneca de mor.* 76 neminem nec accusaueris uel laudaueris cito *G* neminem uel accusaris uel tu laudaris cito *B* cito accusaris nec laudaris neminem *idem aliter* 787 *Cf.* 332 788 *Plinius epist. I* 17, 4 'scias ipsum plurimis uirtutibus abundare, qui alienas sic amat.' *Atque ita fere* (scias eum multis abundare uirtutibus in se qui alienas amat) *Vincentius Bellouacensis IV* 130 *Cf. Fleckeisenus Philol. II* 70 uirtutibus ille abundat multis *B* 791 non uiues aliter in solitudine, aliter in foro *Seneca de mor.* 32 non uiuas aliter *e. q. s. f* non in solitudine aliter uiues, aliter in f. *B* 792 *Ita f et, nisi quod* nulla pusilla, *γ* nulla pusilla domus, quae multos amicos capit *Seneca de mor.* 136 nulla quae multos amicos recipit, angusta est domus *uulgo, etiam Bentleius: poterant saltem* pausilla est domus *seruare*

793 *Ita, nisi quod* arcere, *f* nullus est tantus q. quam eo quod habes parcere *g* non est alius tanti q. quam quod habeas p. *B* 794 *Ita B* odio o. ut bonum peccandi non metu facias *f* odio o. ut peccandi facias, non metu bonum *uulgo* odium igitur oportet peccandi terricula, non metum facias *Vincentius Bellouacensis IV* 106 795 *Cf.* 458 ubi meminit qui accipit *fP* ubi qui accepit meminerit *B*

Pecunia si uti scias, ancilla est: si nescis, domina.
plerique ubi aliis maledicunt, faciunt conuitium sibi.
principium est discordiae ex communi facere proprium.
proximum ad innocentiam locum tenet uerecunda confessio.
Quém bono tenére non potúeris, contineás malo.
quídquid est plus quám necesse, póssidentes déprimit.
quíd refert quantum hábeas? multo illúd plus est quod nón habes. S
Regibus peius est multo quam ipsis seruientibus.
res optima est non extirpare sceleratos, sed scelera.
rídiculum est odió nocentis pérdere innocéntiam. *
Saépius locútum, numquam mé tacuisse paénitet.
sémper uocis ét silenti témperamentúm tene.

---

796 est pecunia ancilla, uti si scis, si nescis, domina est *coni. G* pecunia est ancilla si scis uti, si nescis, hera *B* 797 plerique cum stultis male dicunt, ipsi sibi conuicium faciunt *g P*, *Vincentius Bellouacensis IV* 172 multi cum aliis maledicunt, sibi ipsis conuitia faciunt *Seneca de mor.* 115 perturpe est enim quod obiicitur in obiiciente cognosci *add. f* 798 principium discordiae est aliquid ex communi proprium (suum *Vincentius*) facere *P*, *Vincentius Bellouacensis IV* 135 ex communi proprium facere principium est discordiae *B* 799 *Cf.* 467 locum tenet innocentiae proximum confessio *Seneca de mor.* 94 *Ita f* proximum tenet locum confessio innocentiae *uulgo* 800 *Quintilianus XII* 7, 3 'qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur.' hunc teneas *G* 802 illud multo est plus *coni. G* quid quantum habeas refert? multo plus id est q. n. h. *B* 803 peius multo regibus ipsis est quam s. *uel* regibus peius multo ipsis est quam s. *coni. G* quia singulos isti, illi uniuersos timent *add. f* 804 *Ita f γ* res est optima non sceleratos extirpare (rumpere *IV* 66), sed scelera *Vincentius Bellouacensis IV* 66 136 non sceleratos extirpari, sed scelera est res optima *B* 805 ridiculum est aliquem odio nocentis innocentiam perdere *Vincentius Bellouacensis IV* 133 *et om.* aliquem *Seneca de mor.* 17 806 *Simonides apud Plutarchum de sanit. p.* 125 ὁ Σιμωνίδης ἔλεγε μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις *conl. eodem de garrul. p.* 514 *F*, *Symposs. III prooem.*, *de educ. lib.* 14 (*Schneidewinus Simonidis rel. p.* 113) 807 tene semper uocis et silentii temperamentum: tamen et in hoc incumbe ut libentius audias quam loquaris (*haec item Seneca de mor.* 9) *P*, *Vincentius Bellouacensis IV* 92 170 *V* 29 magna res est uocis et silentii tempora nosse *Seneca de mor.* 74

sermo animi est imago: qualis uir, talis et oratio est.
si inuitus pares, seruus es, si uolens, minister.
solitudinem quaerat, qui uult cum innocentibus uiuere.
Tám crudelitás est omnibus átque nulli ignóscere.
tolerabilior qui mori iubet, quam qui male uiuere.
tuta saepe, numquam secura mala conscientia est.
Vita hominis breuis est, itaque immortalitas est honesta mors.

III

SENTENTIAE SOLO CODICE TVRICENSI SERVATAE

Cíto culpa effugíri potis est, si íncurrisse paénitet.
consílium in aduersís medicinae rémedium prudéntis est.
contra hóstem aut fortem opórtet esse aut símplicem.
cóntubernia íllic sunt lacrimárum, quando mísericors cónspicit miserum.
cum ínimico ignoscés, amicos grátis plures cómpares.
cúm periclo inférior quaerit, quód superior óccultit.
cum sémet uincit sápiens, minime uíncitur.

---

808 imago animi sermo est. Qualis uir, talis oratio *Seneca de mor.* 72 *sq.* *ὁ μὲν λόγος εἴδωλον τῶν ἔργων Solon apud Diog. Laert. I* 58 sermo imago animi est, uir qualis, talis et est oratio *B* 809 si pares inuitus, seruus es, minister, si uolens *coni. G* 810 *Seneca de mor.* 27 solitudinem ambit, qui uult uiuere cum innocentibus *coni. G* 811 tam omnibus ignoscere quam nulli est crudelitas *g* tam omnibus crudelitas est atque nulli ignoscere *B* 812 tolerabilior est qui *P* 813 *Seneca epist.* 105, 8 'tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securum.' tuta numquam, saepe secura est mala conscientia *B* 814 *Ita, nisi quod* uita omnis, *f* uita hominis breuis, ideo honesta mors est immortalitas *G* 815 effugiri, *quod habet cod., in tam dubiae auctoritatis carminibus obscurare nolui* effugies *Casp. Orellius* potest si culpam poenitet incurrisse *t* si incurrisse poenitet *Casp. Orellius* 816 consilium medici remedium prudentis est *M. Hauptius Philol. I* 665 818 contubernia sunt lacrimarum ubi misericors miserum aspicit *M. Hauptius* 819 ignoscis amicos gratis complures adquiris *t* ignoscis, amicos complures paris *Casp. Orellius* ignoscis, amicos gratis comparas *M. Hauptius* 820 *Ita M. Hauptius* cum periculo inferior quaerit quidquid superius occultare contendit *t*, *in quibus* superior *legi iubet Orellius*

Decima hóra amicos plúres prima réperiet.
dissóluit protinus légem iudex mísericors.
dominátur partim, cuí superior súpplicat.
durúmst negare, súperior cum súpplicat.
Est utique profunda ignorantia nescire quod pecces.
Fácile qui faciánt bene inuenies, cúm qui fecerúnt coles.
famulátur dominus, úbi timet quibus ímperat.
frenos inpone linguae. saepius conscientia.
Graue ést enim, quod frónte laeta déderis, tristi récipere.
Humilís nec alte cádere nec grauitér potest.
'Inuectiuae uócis . . númquam libertás tacet.
Mútust, si psallát, superbus: húmilis laudat, cúm tacet.
Plus ménsa amicos quám mens concipít bona.
Qui dórmientem nécat, absentem ulcíscitur.
quí numerosis stúdet amicis, ís etiam inimicós ferat.
qui sése accusat ípse, ab alio nón potest.
quod ést uenturum, sápiens quasi praeséns cauet.
Reddít, non perdit, quí quod alienúm fuit,
persóluit.
regnat carnalis cupiditas, ubi non est dei caritas.

---

822 plures quam prima repperies *t* plures quam prima inuenis *uel* inuenit *Orellius* **823** *Ita M. Hauptius* dissòluitur protinus lex. cum fuerit misericors iudex *t* **824** *Ita M. Hauptius* dominari ex parte dignoscitur, cui superior supplicare uidetur *t*

825 durum est denegare superiori. quum debeas supplicare *t*, *corr. M. Hauptius* **827** facileque faciunt bona inuenies. cum laudandoque fecerunt coles *t*, *corr. M. Hauptius* facile qui faciant bona inuenies laudando qui fecerunt *Orellius* **828** imperat prorsus *t*, *corr. Orellius* **829** linguae, peni saepius *coni. Orellius*

830 triste *t* grauat, quod fronte laeta das, tristi accipi *Orellius* **831** *Cf.* 147 **833** mutus est si psallat superbus. humilis dominum laudat etiam cum uidetur habere silentium *t* **834** plus amicus mensa quam mens concipit bona *t* placet amicis olus quod mens condit bona *Orellius* plus mensa amoris quam mens conciliat bona *M. Hauptius* **835** necat *M. Hauptius* necare nititur *t*
836 is etiam inimicos ferat *M. Hauptius* et inimicos necesse est ferat *t* **837** qui semet accusat. ab alio non potest criminari *t*, *corr. M. Hauptius* **838** cauit *t*, *corr. Orellius* **839** erat *t* *An* quoi quid alienum fuit, *om.* persoluit, ? qui suum quoique tribuit *Orellius*

Satís disertust, é quo loquitur uéritas.
satis ést superare inimícum, nimiumst pérdere.
sine lége poenast ánimi consciéntia.
sua quí conseruat, sálua uult commúnia.
superári a superióre pars est glóriae.
súpplicem hominem opprímere uirtus nón est, sed crudélitas.
suspícax animus ómnium damnát fidem.
suspítio probátis tacita iniúria est.
Tutí sunt omnes, únus ubi defénditur.
Vbi emés aliena, uéndes aliquandó tua.
ubi iúdicat, qui accúsat, uis, non léx ualet.
úbi libertas cécidit, audet libere nemó loqui.
ubi ómnes peccant, spés querellae tóllitur.
uirtútis omnis ímpedimentúmst timor.
uita ótiosa régnum est, et curaé minus.
ut cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia caritas tenet.
ut plures corrigantur, rite pauci eliduntur.

---

quoi quod alienumst perit *M. Hauptius* 841 desertus est. de quo *t*, *corr. Orellius* 842 inimicum superare. nimium est *t*, *corr. M. Hauptius* hostem superare, nimiumst *Orellius* 843 sine lege autem poena est c. *t* etiam sine lege poena est conscientia *Orellius* sine lege poenast sceleris conscientia *M. Hauptius* 844 seruat. salua uult esse communia *t*, *corr. M. Hauptius* seruat, suis seruat communia *Orellius* 848 probo homini *coni. Orellius* 849 ubi defenditur unus *t*, *corr. Orellius* 850 ubi emas aliena. inuenies necesse est tua *t*, *corr. M. Hauptius* ubi emas aliena, disperdes semper tua *Orellius* 851 uis, non lex ualet *Orellius* non lex ualet, sed uiolentia regnat *t* 852 libertus cadit *t*, *corr. M. Hauptius* 854 impedimento est *t*, *corr. M. Hauptius* 857 rite unus perit *Orellius*

Q. LVCTATIVS CATVLLVS

LAVREOLVS

I

Iuuenalis sat. VIII 187 'Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit Iudice me dignus uera cruce.' Scholiasta 'hoc ideo quia in ipso mimo Laureolo figitur crux: unde uera cruce dignus est Lentulus, qui tanto detestabilior est, quanto melius gestum imitatus est scenicum. Hic Lentulus nobilis fuit et suscepit serui personam in agendo mimo et deprehensus in falso cruci fixus est.' Iosephus Antiq. XIX 1, 13 *μῖμος εἰσάγεται, καθ' ὃν σταυροῦται λῃστῶν ἡγεμών.*

II

Suetonius Calig. 57 'et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem uomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundauit.'

PHASMA

Iuuenalis VIII 185 'consumptis opibus uocem, Damasippe, locasti Sipario, clamosum ageres ut phasma Catulli.' Schol. 'id est, praeco fuisti in mimo . . . . nomen est mimographi, et Fasma nomen est fabulae.' Clamosum Grysarus de mimo Rom. 21 et 66 magis propter eos, qui spectrum fugerent, quam de praeconis partibus dici putat

Catulli Laureolus I Cf. Martialis de spectac. VII 'qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nimio pectore pauit auem, Nuda Caledonio sic uiscera praebuit urso Non falsa pendens in cruce Laureolus' e. q. s. Tertullianus adu. Valentin. 14 'ita depulsa quo minus pergeret nec habens superuolare crucem, id est Horon, quia nullum Catulli Laureolum fuerit exercitata' e. q. s. Lentulum qui et actorem et poëtam huius mimi fuisse dicit Grysarus de mimo Rom. 64 (in Comment. Acad. Vindob. XII a. 1854) parum considerauit, iam Caligula imperatore Laureolum actum fuisse. Itaque sexaginta fere annis post, cum Iuuenalis scriberet, uix poterat Lentulus minimum octogenarius uelocis serui partibus satis facere, nec ullo modo probabile est de ante acto tempore Iuuenalem in satura uerba fecisse. 'Nobilis' autem arte potius quam genere dictus uideri Lentulus Grysaro numquam potuisset, si uel in proxime sequentes uersus oculi eius euagassent.

ALIVS MIMVS

Iuuenalis XIII 109 'nam cum magna malae super est audacia causae, Creditur a multis fiducia. mimum agit ille, Vrbani qualem fugitiuus scurra Catulli.' Schol. 'talis est enim mimus, ubi seruus fugitiuus dominum suum trahit. Catullus mimographus fuit.' Laureolus innui uidetur Heinrichio

LENTVLVS

CATINIENSES

Tertullianus de pallio 4 'pugil Cleomachus post Olympia cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, inter cutem caesus et ultra inter fullones iam Nouianos coronandus meritoque mimographo Lentulo in Catiniensibus commemoratus.'

LENTVLI et HOSTILII

Tertullianus Apolog. 15 'dispicite Lentulorum et Hostiliorum uenustates, utrum mimos an deos uestros in iocis et strophis rideatis? Moechum Anubim et masculam Lunam et Dianam flagellatam et Iouem mortui testamentum recitantem et tres Hercules famelicos irrisos.'

MARVLLVS

INCERTI NOMINIS

. . . . . tu Hectórem imitare, ab 'Ilio
Numquám recedis.

Marullus Seruius in Aen. VII 499 'perque ilia] hoc ile et haec ilia facit. Hinc et Iuuenalis: uis frater ab ipsis Ilibus? Nam quod Marullus mimographus dixit: tu' c. q. s. 'cum de guloso diceret,

---

Marulli uerba in numeros redegit Bothius Hectorem imitare *idem* H. imitaris *Seruius loco priore* ut Hector *idem altero loco* recedis numquam *Bothius sine causa*

L V C I L I V S

INCERTI NOMINIS

I

Non ést tuum, fortúna quod fecít tuum.

II

Darí bonum quod pótuit, auferrí potest.

A N O N Y M I

TVTOR

Cicero de orat. II 64, 259 'non insulsum genus' (ridiculi) 'ex eo, cum ad uerbum, non ad sententiam rem accipere uideare, ex quo uno genere totus est Tutor, mimus uetus oppido ridiculus.' Quae peruerse ita interpretatur Grysarus l. l. 30, ut mimographum, non fabulam Tutorem dici doceat. Cf. anon. mim. IV — VI

ALIVS MIMVS

Iuuenalis VI 44 'si moechorum notissimus olim Stulta maritali iam porrigit ora capistro, Quem totiens texit perituri cista Latini.' Scholiasta 'qui totiens superueniente marito sub cista celatus est, ut in mimo.' Vxoris partes Thymelen, mariti Corinthum egisse conlegerunt ex VIII 197 'mortem sic quisquam exhorruit, ut sit Zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?' Et ad eandem fabulam Grysarus l. l. 20 cum Heinrichio putat referendum tertium locum I 35 'magni delator amici .... quem Massa timet, quem munere palpat Carus et a trepido Thymele summissa Latino,' ubi scholiastae sane nihil eius modi

allusit ad ciuitatis nomen. Nam ab ili debuit dicere.' Idem in Ecl. 7, 26 'rumpantur ut ilia] sicut etiam in Aeneide diximus, hoc ile et haec ilia facit ... nam Marullus mimographus contempsit artem ad iocum mouendum, et parasito dixit: tu ut Hector ab Ilio numquam recedis. Est autem hoc dictum per amaritudinem rusticam.'

Lucilius Seneca epist. 8, 9 'alienum est omne, quicquid optando euenit [P. Syri inc. IV]. Hunc uersum a te dici non paulo melius sed adstrictius memini: non est tuum' e. q. s. 'Illud etiam nunc melius dictum a te non praeteribo: dari bonum' e. q. s. Rettulerunt inter Publii Syri sententias

suboluit, qui haec docet: 'Massa morio fuisse dicitur, et Carus nanus, Latinus uero actor mimicus. hi omnes Neronis fuerunt liberti et deliciae Augusti, sed et nequissimi delatores. Latinus autem mimus quasi conscius adulterii Messalinae, uxori Neronis, ab ipso occisus est ... Latinus mimus Thymelen mimam summittebat ad mitigandum.' Certe mutari cum Heinrichio 'Carus ut a trepido' opus non est: nam sic quoque intellegi potest Latinus, qui uelut in mimo Thymelen suam summisit: delatorem autem etiam potentissimus delator est ut metuat uicissim.

ANONYMORVM MIMORVM RELIQVIAE

I

Cicero ad fam. IX 16 'nunc uenio ad iocationes tuas: quoniam tu secundum Oenomaum Acci non ut olim solebat Atellanam, sed ut nunc fit mimum introduxisti. Quem tu mihi † popillium, quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam? Facilitate mea ista ferebantur antea, nunc mutata res est: Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, cenandi magistros .... quod si perseueras me ad matris tuae cenam reuocare, feram id quoque. Volo enim uidere animum, qui mihi audeat ista quae scribis apponere aut etiam polypum Miniani Iouis similem. ... Tu uero ... ad tyrotarichum antiquum redi .... salis enim satis est, sannionum parum.'

II

Cicero Phil. II 27, 66 'in eius igitur uiri copias cum se subito ingurgitasset, exultabat gaudio, persona de mimo: modo egens, repente diues.'

III

Cicero pro Caelio 27, 64 'uerum haec tota fabula ueteris et plurimarum fabularum poëtriae quam est sine argumento! quam nullum inuenire exitum potest! ... mimi

Anon. mim. rel. I popillium Med. corrupte pompilum Rutilius polypum Corradus denarium piscem intellego decem assium thynnarium Rutilius Egit de hoc loco Krahnerus in Ephem. Marb. 1852 p. 396 sqq., ubi Popilium, Denarium, tyrotarichi patinam exo-

ergo est iam exitus, non fabulae: in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis e manibus, deinde scabilla concrepant, aulaeum tollitur.'

IV

homo fátuus . . . . . .
Postquám rem habere coépit, est emórtuus.

V

. . . . . . quid est tibi ísta mulier? — 'Vxor. —
Similís medius fídius.

VI

. quám diu ad aquas fúit, numquam est mórtuus.

VII

Varro apud Augustinum de ciu. dei IV 22 'poterimus scire quem cuiusque causa deum aduocare atque inuocare debeamus: ne faciamus, ut mimi solent, et optemus a Libero aquam, a Lymphis uinum.' Ibidem VI 1 'ne absurditate turpissima, qualis ioculariter in mimo fieri solet, peteretur a Libero aqua, a Lymphis uinum . . . quod cum fit a scientibus mimis, digne ridentur in theatro.'

VIII

. . . . o dominum aequum ét bonum!

IX

Vopiscus de diuo Aureliano 42 'ut bene dictum sit a quodam mimico scurra Claudii huius temporibus, in

diorum Attianorum nomina esse conicit IV—VI Cicero de orat. II 67, 274 'acutum etiam illud est, cum ex alterius oratione aliud excipias atque ille uult . . . sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine saepe ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodam modo nobis. [1—5] Genus hoc leuius et, ut dixi, mimicum, sed habet non numquam aliquid etiam apud nos loci, ut uel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid.' VIII Suetonius Oct. 53 'domini appellationem ut maledictum et opprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo ludos pronuntiatum esset in mimo: o dominum' e. q. s. 'et uniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent, et statim manu uultuque indecoras

---

2 emortuus *Lambinus* mortuus *libri* 3 *sq. Disposuit et explicauit Lachmannus in Lucr.* 227 uxori *Erl. b, Lagom. aliquot* 5 quod diu *Lag.* 2. 36 aquam *Lag.* 2. 36 mortuus *libri* emortuus *Lambinus*

uno anulo bonos principes posse perscribi atque depingi.' Vnde uersus effecit Salmasius hos:

In ánulo uno príncipes possúnt boni
Scribi átque pingi.

X

Iulius Capitolinus de uita M. Antonini 29 'crimini ei datum est quod adulteros uxoris promouerit, Tertullum et Vbilium et Orphitum et Moderatum, ad uarios honores: cum Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit. De quo mimus in scena praesente Antonino dixit: cum stupidus nomen adulteri uxoris a seruo quaereret et ille diceret ter Tullus et adhuc stupidus quaereret, respondit ille: iam dixi ter, Tullus dicitur.'

XI

uíli uultis émere
Et cáro uendere.

XII

Iulius Capitolinus de Maximinis duobus c. 9 'cum immortalem se prope crederet ob magnitudinem corporis sui uirtutisque, mimus quidam in theatro praesente illo dicitur uersus Graecos dixisse, quorum haec erat Latina sententia: et qui ab uno non potest occidi, a multis occiditur. Elephas grandis est et occiditur, leo fortis est et occiditur, tigris fortis est et occiditur: caue multos, si singulos non times. Et haec imperatore ipso praesente iam dicta sunt. Sed cum Maximinus interrogaret amicos, quid mimicus scurra dixisset, dictum est ei quod antiquos uersus cantaret contra homines asperos scriptos: et ille, ut erat Thrax et barbarus, credidit.'

adulationes repressit et insequenti die grauissimo corripuit edicto.' Idem narrat Orosius VI 22 XI Augustinus de trinit. XIII 3 'unde illa cuiusdam mimi facetissima praedicatur urbanitas, qui cum se promisisset in theatro quid in animo haberent et quid uellent omnes, aliis ludis esse dicturum, atque ad diem constitutam ingenti expectatione maior multitudo conflueret, suspensis et silentibus omnibus dixisse perhibetur: uili uultis emere et caro uendere. In quo dicto leuissimi scenici omnes tamen conscientias inuenerunt suas, eique uera ante oculos omnium constituta et tamen inprouisa dicenti admirabili fauore plauserunt.'

XIII

Cicero de orat. II 61, 251 'atque hoc etiam animaduertendum est, non esse omnia ridicula faceta. Quid enim potest esse tam ridiculum, quam sannio est? Sed ore, uultu, imitandis moribus, uoce, denique corpore ridetur ipso. Salsum hunc possum dicere atque ita, non ut eius modi oratorem esse uelim, sed ut mimum.'

XIV

Nonius 6, 25 'caluitur dictum est frustratur, tractum a caluis mimicis, quod sint omnibus frustratui.' Cf. Grysarus l. l. 32

XV

Horatius epist. I 18, 14 'alter in obsequium plus aequo pronus et imi Derisor lecti sic nutum diuitis horret, Sic iterat uoces et uerba cadentia tollit, Vt puerum saeuo credas dictata magistro Reddere uel partes mimum tractare secundas.'

XVI

Festus p. 326 M. 'salua res est, cantat senex quare parasiti Apollinis in scaena dictitent, causam Verrius in l. V, quorum prima est P littera, reddidit — — — at in hoc libro refert Sinni Capitonis uerba — — ridiculeque de ipsa appellatione parasitorum Apollinis hic causam reddit, cum in eo praeterisset. ait enim ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, secundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis parasitus inducatur.'

XVII

Placidi glossae in A. Mai auct. class. III 449 'carisa, uetus lena percallida, unde et in mimo fallaces ancillae catacarisia appellantur.' Cf. O. Muellerus ad Paulum Festi u. carissam p. 44

XVIII

Festus p. 313 M. strutheum in mimis praecipue uocant obscenam partem uirilem, a salacitate uidelicet passeris, qui Graece struthos dicitur.'

XIX

Augustinus de ciu. dei VI 7 'numquid Priapo mimi, non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt? an aliter stat adorandus in locis sacris quam procedit ridendus in theatris?'

XX

Seneca epist. 114, 6 'qui' (Maecenas) 'in omni publico coetu sic adparuerit, ut pallio uelaretur caput exclusis utrimque auribus, non aliter quam in mimo diuites fugitiui solent.'

XXI

Ouidius Trist. II 497 sqq. 'quid si scripsissem mimos obscena iocantes, Qui semper ficti crimen amoris habent? In quibus assidue cultus procedit adulter, Verbaque dat stulto callida nupta uiro. Nubilis hos uirgo matronaque uirque puerque Spectat, et ex magna parte senatus adest. Nec satis incestis temerari uocibus aures: Assuescunt oculi multa pudenda pati. Cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum, Plauditur et magno palma fauore datur.'

XXII

Arnobius adu. nat. IV 35 'etiam mimis et scurrilibus ludicris sanctissimorum personae interponuntur deorum ... iocularibus feriuntur cauillationibus numina, conclamant et assurgunt theatra, caueae omnes concrepant fragoribus atque plausu.'

XXIII

Aelius Lampridius de Heliog. 25 'mimicis adulteriis ea quae solent simulato fieri, effici ad uerum iussit.' Alia eodem spectantia testimonia uide in Grysari l. l. 18 sq.

XXIV

Seneca de breuitate uitae 12, 8 'i nunc et mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. plura mehercules praetereunt quam fingunt et tanta incredibilium uitiorum copia ingenioso in hoc unum saeculo processit, ut iam mimorum arguere possimus neglegentiam.'

EX GLOSSARIIS VETERIBVS EXCERPTA

Abiugassere, *ἀποζεῦξαι Gloss. Philox.* abiugassere, disiungere. abiugasse, abegisse *Gloss. Vat. α* (*in A. Mai auct. class. VI* 501) *Poterat in tragoedia quoque usurpari, item ut alia in his Excerptis*

acerata offula, furfuraceo pane. *Gloss. Placidi* (*in A. Mai auct. class. III* 435)

acu pedum, uelocitate pedum *Plac.* 435 acupedium, *ὀξυποδία* (*fort.* acu pedum, *ὀξυποδίᾳ*) *Gloss. Cyrilli* acupedius dicebatur, cui praecipuum erat in currendo acumen pedum *Paulus Festi p.* 9 cursor quasi acutis pedibus currens *Thesaurus nouae Latin. in A. Mai auct. class. VIII* 45 (12) *ὀξύπους Gloss. Philox.* naucupes (*leg.* acupes), ad eundum acutum habens pedem *Isid.* acupedium, acupedius, acupediens, acupedineus, acupedilius *Vgutio et Ioannes de Ianua*

adfurcillaui, subrui (sorbui *α*) labefactaui concussi *Plac. l. l.* 433 (*α*) *et VI* 554 (*β*) affurcillare, concutere, a furca dictum *Thesaur.* 53 labefactare *Papias* ualde uel iuxta aliquid suspendere uel concutere *Io. de Ianua*

adsentiae, adsentationes, id est consensio: ut si quis tibi de aliqua re dicat, et tu illi adsentias, ipsae res adsentiae nuncupantur *Plac.* 429

alacrimonia, laetitia *Isid., Exc. Pith.*

alterplicem, duplicem *Paulus Festi* 7 altiplicem (artiplicem *β*), dolosum duplicem *Plac.* 435, *Isid. Voss. teste Oehlero* (*in Iahnii et Klotzii Annal. philol. suppl. XIII*) altiplicem, dolosum *Vat. α* 506 actiplicem, duplicem dolosum, aliis alterplicem, i. biplicem *Exc. Pith.* hic et haec alterplex, cis, i. animo duplex, unde alterpliciter adu. i. dupliciter et haec alterplicitas i. duplicitas *Thes.* 453

anate, sollicitudine cura *Plac.* 435 anatem morbum anuum dicebant, id est uetularum, sicut senium morbum senum *Paulus Festi* 29 anas, *γῆρας κατ' ὀργὴν θεῶν Philox.*

anus aestuosa, quod in mo-

dum aestuantis maris hauserit, id est biberit *Plac.* 435

apagete (leg. apagite), aperite *Vat. α* 508 *Cf.* impago

apiciosus, caluus caluaster *Isid.*, *Exc. Pith.*, *Vat. β* 551 apiciolus, caluaster. apiciosus, caluus *Vat. α* 508 alapiciosus, caluus *idem* 505, *Amplon.* 269 apiciosa (alapiosa *cod.*), calua *Amplon.* 264

Belutus, turpis et beluae similis *Thes.* 75 (63) bestiae similis *Paulus Festi* 34 beluus, moribus bestiarum *Isid.* θηριώδης *Philox.*

blandicella uerba blanda per diminutionem sunt dicta *Paulus Festi* 35

bouinatur, conuiciatur *Paulus Festi* 30 bouinari (bombinari *α* bobinare *β*), conuiciare clamare *Plac.* 437 bibinatur, tricatur insidiat *Amplon.* 278

Calicare, bibere potare sorbillare pitissare *Thes.* 150

calliciola (galliciciola *α* gallicula *β*), cortex (cortice *α*) nucis iuglandis uiridis, per quem corpus humanum intellegi uult *Plac.* 467

calorem faciet, rubori erit uel exit (*fort.* exciet) *Plac.* 450

calueris, frustratus fueris *Vat. α* 513

caperassere, inrugare contrahi *Plac.* 450

casus Empedocleus. Empedocles philosophus agrigentinus, id est siculus, qui naturam Aetnae montis inuestigare contendit, decidit in igneam foueam et incendio consumptus est *Plac.* 442

catacum (clataculum *α* cataclum *β*), clodorum *Plac.* 450

cessin ire? cesso ire? *Plac.* 447 caesim ire, cesso ire *Vat. β* 554

cingulos appellabant homines, qui in his locis, ubi cingi solet, satis sunt tenues *Paulus Festi* 43

cluior (cliuior *uulgo*, *corr. Barthius Adv. XXVI* 15), nobilior *Isid.*, *Papias*

cnephonsum (*ita Vrsini liber* cnephosum *uulgo*) antiqui dicebant tenebricosum. Graeci enim κνέφας appellant obscurum. *Paulus Festi* 51 gnephosum, obscurum, uidelicet ex Graeco, quod est κνέφας *idem* 95 gnetonsum, ἀμαυρόν σκοτεινόν *Philox.* genophosus, obscurus nubilus tenebrosus caliginosus *Thes.* 263

comedum bona sua consumentem antiqui dixerunt *Paulus* 58

comixius (camixius *Voss.* camixtus *Exc. Pith.*), uerbosus loquax *Isid.*, *Exc. Pith.*

commugento, conuocanto *Paulus* 65

conbibiolus, qui frequenter cum alio bibit *Thes.* 149 combibiosus, qui frequenter bibit *Vgutio*

concipulassent, minutatim concidissent *Vat. α* 517

conciter, statim continuo *Plac.*

conlibescit, quod ualde delectat *Vat. β* 556

cotei, iracundi *Vat. β* 557

crebrifurus, locus furibus creber *Thes.* 147

crepulum imbrem, cum sono graui ruentem *Plac.* 443

cruminat, ruminat *Isid.*, *Exc.*

Pith. Fortunati de uita S. Martini lib. 2 cellam pedore cruminans] *interpres*: crumina, sacculi genus apud Plautum, unde cruminare prisci festiue traxerunt ad eam corporis partem, qua operari naturae solemus

culere, quare: unde etiam cur *Plac.* 449, *Vat.* β 557

cussilirem pro ignauo dicebant antiqui *Paulus* 50

Daliuum supinum ait esse Aurelius, Aelius stultum. Oscorum quoque lingua significat insanum. Santra vero dici putat ipsum, quem Graeci δείλαιον, id est propter cuius fatuitatem quis misereri debeat *Paulus* 68 daunum, ἄφρονα. dauus, ἄφρων ἄπειρος *Philox.*, *corr. Scaliger. Cf. Mommsenus de Italiae inf. dial.* 254

dapet, εὐωχεῖται *Philox.*

depelliculari, decipere, dictum a pelliciendo *Plac.* 452, *Papias* depelliculare, decipere defraudare illicere *Thes.* 178 (416)

donicum euitem, donec refutem *Plac.* 452

Effatui, uaniloqui sine effectu *Isid.*, *Exc. Pith.*

elingit (clingit *uulgo*), eludit (cludit *Exc. Pith.*) *Isid.*, *Exc. Pith.* elinxit (clinsit *uulgo*), degustauit *Vat.* β 555

eminat, procedit *Plac.* β 560

epiprepa (epipigra β epripica α), praelucida *Plac.* 460

eritudo, seruitudo *Paulus* 83 dominatio *Plac.* 460 δεσποτεία *Philox.*

examussio, inquiro, et est uerbum secundae coniugationis *Plac.* 458

excrocollum, pallium tenue meretricium, dictum a croceo colore *Plac.* 461

exenim, ualde *Isid.*, *Exc. Pith.*

exgnorabant, ignorabant *Vat.* β 560

exhausterantibus (exhauterantibus α), ubertim flentibus ueluti (uel β) exhaurientibus *Plac.* 461

exhippitare (expippitare *Isid.* erippitare *Thes.*), rare (*om. Thes.*) oscitare *Isid.*, *Thes.* 197

exminutare, pauperem facere *Isid.*, *Exc. Pith.* eximmutuare, depauperare, pauperem facere *Vgutio* (exsumptuare *coni. Du Fresne*)

expectaculum, expectatio *Thes.* 201

experitus, non peritus, id est extra peritiam positus, sicut expers extra partem *Plac.* 461 imperitus, quasi extra peritiam *Thes.* 190 experitos, imperitos *Paulus* 79

expopulariter iactas, id est apud populum uel more populi uulgoque iactas *Plac.* 459

expudet est quasi pudet *Plac.* 456

Fauonium, odium leue et sine causa uelut uento conflatum *Isid.*, *Exc. Pith.*, *Plac.* 463 inueni etiam hoc fauonium, nii, pro leui odio *Thes.* 224

felicones, mali et nullius usus a felice dicti *Paulus* 86 filicones, inutiles ut filix herba *Thes.* 243

ficte habet, cauillat *Isid.*, *Exc. Pith.*

fidunculus, πιστός *Philox.*

fiscellus (fiscello *susp. O. Muellerus*), casei mollis appetitor, ut catillones catillorum liguritores *Paulus* 90 mollis casei appetitor *Isid., Exc. Pith.*

flatare, augere uel amplum facere *Plac.* 464, *Papias*

flatellis, sordium glomusculis *Plac.* 463

floccim, fortuito, id est subitaneo casu *Vat.* α 525

fracebunt, sordebunt displicebunt (*om. Vat.*) dictum a fracibus, quae sunt stillicidia sterquilinii *Plac.* 463, *Vat.* β 562 displicebunt *Paulus* 90 (*cf. Enn. trag.* 301)

frugem fecisti, probe fecisti, unde quidam frugi *Plac.* 464

furcilla, homo uorax *Thes.* 245

Glirius, somnolentus *Isid., Exc. Pith.* glirius, piger et somnolentus homo *Thes.* 264 (259) glitium (*leg.* glirium), torpentem stupidum *Isid.* (*Cf. Isid. Orig.* XII 3, 6 *de gliribus et Laber.* 1).

gorgones, meretrices lupae nonariae *Thes.* 264

gressutus, magnos habens gressus, sicut dicitur auritus et manutus et nasutus *Thes.* 261 pedester *Papias*

Hautne, nonne *Plac.* β 563

hemdem, aeque similiter *Plac.* 469

hetta res minimi pretii, quasi hieta, id est hiatus hominis atque oscitatio. Alii pusulam dixerunt esse, quae in coquendo pane solet assurgere, a qua accipi rem nullius pretii, cum dicimus: non hettae te facio *Paulus* 99

hippitare, oscitare badare *Isid., Exc. Pith.* hippacare est celeriter animam ducere, ab equi halitu, qui est supra modum acutus *Paulus* 101

hodoedocos, latro atque obsessor uiarum *Paulus* 103

Impilasti, conuicio conscidisti, interdum castigasti *Plac.* 475 impilare, conuicio proscindere, castigare impugnare *Papias*

incoctae dicebantur mulieres plus aequo calamistris usae *Paulus* 107

infuruas, insulas (nebulas *A. Mai*) offundis *Plac.* 477 infuruas, infuscas offundis *Vat.* β 564

inmadescit, bibendo totus infunditur *Isid., Exc. Pith.*

inpudicatus, stupratus, impudicus factus *Paulus* 109

intrahere est contumeliam intorquere *Paulus* 111

iuuenale phaos (iubenale pharos α iuuencula pharos β), semper uirens (uiuens β) et numquam senescens lumen, ut si de sole dicamus *Plac.* 473 *Anapaestico carmini conuenit*;

lacit, decipiendo inducit. lax etenim fraus est *Paulus* 116 lacit, in fraudem inducit. inde est allicere et lacessere, inde laetat illectat delectat oblectat *idem* 117 lacit, id est decipit *idem* 27 lacio, is, ἐπάγομαι *Onom. uet.* non est in usu *Thes.* 304

lamperbius, splendidus, ex Graeco partem habet *Plac.* β 565 *Cf.* lampificus *apud Du Fresnium* II 792

lanoculus, qui lana tegit oculi uitium *Paulus* 118 ille qui lanam frequenter adhibet ad in-

firmos oculos tegendos *Thes.* 390

lauerniones fures antiqui dicebant, quod sub tutela deae Lauernae essent, in cuius luco obscuro abditoque solitos furta praedamque inter se luere *Paulus* 117 fures lauerniones dicuntur *Schol. in Hor. Epist.* I 16, 60

Libassius, Liber pater *Plac.* 478 quamuis Sabini Cererem Panem appellant, Liberum Lebasium *Seruius in Verg. Ge. I* 7 *conl. Mommseno de Italiae inf. dial.* 352

ligulatus, coquus, quia ligula est ornatus *Thes.* 326 coquus, qui ita uocatur propter ueteres pannos, quos induit *idem* 310 coquus, cui multae ligulae sunt necessariae propter ueteres pannos quos induit *Io. de Ianua*

loculentus, εὔλαλος *Cyrill.*

ludices (lodices *A. Maius*), meretrices lupercae *Thes.* 324 meretrices *Isid.*, *Exc. Pith.* sagos *Gloss. ant. apud Du Fresnium*

Masucium, edacem a mandendo scilicet *Paulus* 139 massucum, edacem *Vat. β* 568, *Papias*, *Gloss. ant. apud Du Fresnium*

masum, edacem (euendacem *cod.*) *Plac.* 485

mattici cognominantur homines malarum magnarum atque oribus late patentibus *Paulus* 126 homines malarum artium *Thes.* 366

meditaturio, meditari desidero *Thes.* 366 (358)

minerrimus pro minimo dixerunt *Paulus* 122

miracidion primae adolescentiae *Paulus* 123

miscipulat (muscipulat?) ποππύζει *Philox.*

muger dici solet a castrensium (castrensibus *Augustinus*) hominibus quasi muccosus is, qui talis male ludit *Festus* 158

mulcantem aerumnas, misere uiuentem. Erumna est miseria *Plac.* 484

mulcator corporis, qui corpora afficit uel cruciat *Plac.* 483 multator, peremptor, qui corpora afficit uel crucial *Papias*

murgisonem dixerunt a mora et decisione *Paulus* 144 murgiso (mugissor *Vat. β*), callidus murmurator *Isid.*, *Exc. Pith.*, *Plac. β* 567, *Vat. β* 569 murgissor, irrisor lusor *Plac. α* 484 murgis, callidus murmurator fallax *Vat. α* 534 mugissor, fallax callidus murmurator *Papias* callidus anus, musator *Gloss. ant. apud Du Fresnium*

muscipulator, deceptor alterplex *Isid.* deceptor fraudator pellicator alterplex factiosus technosus strophosus fraudulentus defraudator *Thes.* 362 (343) deceptor *Vgutio*

Nario, subsannans *Isid.*, *Exc. Pith.*, *Amplon.* 354

narius, subsannator derisor delusor iniuriator iniurius ludificator *Thes.* 384 narici, bruti *Isid.*, *Exc. Pith.*

nec cicerim, nihil *Plac.* 486

numellatus, numella ligatus, id est uinculo quo quadrupedes alligantur *Plac.* 486

Obacerare, obloqui atque alterius sermonem moleste impe-

dire; quod sumptum uidetur a paleis, quas Graeci ἄχυρα uocant *Paulus* 187

obarbas, circumscribis: dictum ab arbo qui est in curuatura aratri, uel a sulco urbium, quia primus (riuus?) aratro circumductus propter altitudinem murus uocatur *Plac.* 491

oblucuuiasse dicebant antiqui mente errasse, quasi in luco deorum alicui occurrisse *Paulus* 187

obstipusculus (obstipeculus *Vat.* β), inclinato capite ut solent adseuerantes *Plac.* 491, *Vat.* β 571

odiolum, paruum odium *Thes.* 399

oleriuorulus, olera uorans *Thes.* 400

ouasiolus (*leg.* omasiolus), puer lenonis sic dicitur *Vat.* α 537

oppuuiat, uerberat *Paulus* 191

oricus, loquax *Isid.*, *Exc. Pith.* qui magnum os habet *Thes.* 404

oriputidus, ὀζόστομος *Cyrill.*

hic et haec osor. osrix (osarix β) enim dici non potest nisi a stultis (ab imperitis β) *Plac.* 490

oxime, ocissime *Paulus* 195

Passutus, magnos passus habens, qui et gressutus dicitur *Thes.* 476 (439)

patus, auribus magnis uel ceruice *Vat.* α 538

pedetemptas, subtilitas *Vat.* β 573

percatapsere, ualde decidere *Thes.* 483 percatapsat, ualde decidit *Amplon.* 364 percatapsat (percaptassat *al.*), ualde cedit *Vat.* α 539 ualde cedit uel blande cedit *Papias* percatabsat, blande uel ualde caedit *Vat.* β 573 percataprat, ualde taedet *Isid.*, *Exc. Pith.* percartarpsere, ualde diuidere *Exc. Pith.*

perfacul et per se facul antiqui dicebant quod nunc facile dicimus *Festus* 214

perpexit, in fraudem induxit *Vat.* α 539

pestinuntium, qui pestem nuntiat *Isid.*, *Exc. Pith.*

pexim, ornate polite *Thes.* 476 (435)

piabilem, grandem *Vat.* α 539

pinnosus, superbus elatus tuberosus insolens hyperbolicus superstitiosus arrogans supinus uesicosus ampullosus *Thes.* 472 (428)

plaudant corui, scilicet carmina dicunt *Plac.* 493

plaudo tibi unam rem potest bona locutio esse *Plac.* 493

polosus, altus *Isid.*, *Exc. Pith.* altus sublimis *Thes.* 431

potax, πότης *Cyrill.*

prolictamini (prolictabimi *cod.*) dicitur et uultis (multa *cod. an* uulte?) significat: nam prolici (proligi *cod.*) est persuaderi (persuadere *cod.*) *Plac.* 495 *Cf. Paulus* 226 procitare, saepe prolicere, id est producere, *in quibus* prolicitare *susp. O. Muellerus*

punicauit, erubuit *Vat.* α 542 penucio, rubeo *Vat.* α 539 β 573

pupior, παιδεύομαι *Philox.*

purime tetinero, purissime tenuero *Paulus* 252

Putium, Pythium Apollinem *Plac.* 492

Rumigerum pecus *Amplon.* 371

Saepia (saeria *uulgo*), *σηπία, πόρνη ἀκάθαρτος, ἀπὸ τοῦ συνεχῶς ἀσελγαίνειν Philox.*

scenulae, meretriculae quae in scenulis prostituebantur *Thes.* 556

scutilum tenue et macrum dicitur, ex Graeco, ut cum dicimus scutilum hominem, exilem aliquem demonstramus, in quo pellicula tantum *Festus* 329

sorbillator, degulator *Isid.* degustator *Exc. Pith.* sorbillator *Thes.* 520

spintyrnix est auis genus turpis figurae: occursatrix artificum, perdita spinturnix. ea Graece dicitur, ut ait Santra, *σπινθαρίς Festus* 330. *Numeri excogitari possunt uarii*

submussim, murmuranter timide *Vat. α* 546

sutelose, *πανούργως Philox.*

Taedulum antiqui interdum pro fastidioso, interdum, quod omnibus taedio esset, ponere soliti sunt *Festus* 360

talipedare antiqui dicebant pro uacillare pedibus lassitudine, quasi qui trahit pedes, ut talis uideatur insistere aut identidem tollere pedes *Festus* 359 talipedo *παραγείρομαι (παρασύρομαι?) Onomast. Labb. Cf. Du Fresne*

tempestum (testinium *Isid.*), opportunum *Plac.* 503, *Isid.* tempesta, tempestiua *Paulus* 362 tempestus, a, um i. conueniens in tempore *Thes.* 583

terriuola, formidolosus timidus, et dicitur terriuola quasi cum terrore uolans *Thes.* 593 terribola, formidolosus timidus *Vat. α* 548

thiasitas, sodalitas *Paulus* 366 (thiasotas, sodales *Vossius* thiasitas, sodales *Forcellinus*)

tragium, tragoedia *Vat. β* 584

trimastigia, triuerbero *Vat. α* 549

triuerbero, *καρτερικὸς ἐν πληγαῖς Cyrill.*

truncone, deuoratore *Vat. α* 549

Vagax, uagus, inutiliter loquens *Thes.* 623

uagurrit, per otium uagatur *Isid.*, *Amplon.* 385 386 *Exc. Pith.*, *Vat. α* 550 *β* 585

uaniparentes, inanes mendaces inutiles pellaces *Isid.*

Veneripeta, luxuriosus *Isid.*, *Exc. Pith.*, *Thes.* 623 (604 419)

uepra (uepia *Exc.*), callidus testificator diuersipellis *Isid.*, *Exc. Pith.* uabra (uarba *Vat.*), callidus artificiosus *Isid.*, *Exc. Pith.*, *Vat. α* 550

uernulus, subdolus et malus, seruilis *Plac.* 503

uirissat (uiriscat *Ampl.*), uiriliter sapit *Vat. α* 551 *β* 586, *Amplon.* 385 uirissare, uiriliter facere *Thes.* 628 uiriliter agere uel uiriliter superare *Io. de Ianua*

uitreabilis, fragilis corde et mobilis animo *Thes.* 628

uiuissimus, superlatiuus a uiuido *Paulus* 379

uoluones (uouelones *cod.*), edaces uoratores *Thes.* 627

uori (uorri *uulgo*), edaces *Vat. α* 551 uorri, edones edaces *Amplon.* 385 holeres edaces *idem* 386.

INDEX VERBORVM

hac nocte *Laber.* 69 noctu *Naeu.* 4 *Titin.* 13 27 *Afran.* 47 intempesta noctu *Afran.* 105
ista .. noxa muliebrist *Caec.* 85
eas minoris noxias *Turp.* 130
multis nubit *Syr. sent.* 301 pistori nubat *Afran.* 161* meus frater .. nupsit dotatae uetulae *Pomp.* 89 quae peditibus nubere Poterant *Pomp.* 154 obsequium nuptae *Syr. sent.* 345 nuptam *Publ. Syr.* 17 nuptam quaquam *Pomp.* 186 se nupturam uirginem adulescentulo *Naeu.* 126
nudiustertius *Caec. Hymn.* IX *Afran.* 69
ita me destituit nudum *Turp.* 44 in terram .. nudam *Pomp.* 171 prostare nudam in nebula linea *Publ. Syr.* 18 nudo petiolo *Afran.* 155 nudas *Laber.* 87
nugarum *Laber.* 137
suo labori nullus parcuit *Naeu.* 69 nullus sapientum *Syr. sent.* 675 nullus sum *Caec.* 46 nulla ambitio, nulla umquam largitio, Nullus timor, uis nulla, nulla auctoritas *Laber.* 102 nulla poena acerbior Excogitari poterat *Pall. inc. inc.* 7 uirgo nulla est *Titin.* 106 nulla inest paratio *Afran.* 268 nulla inuitat *Afran.* 19 nullum ciuem *Pomp.* 148 in nullum .. bonus *Pall. inc. inc.* 80 *Syr. sent.* 224 oram .. nullam *Caec.* 3 dotem .. nullam *Nou.* 87 nullam .. accessi ad aram, quin deos .. defetigarem *Afran.* 170 lapatium nullum utebatur *Pomp.* 169 nullo satiatur lucro *Pall. inc. inc.* 81 nulla delenimenta *Afran.* 382
num *Naeu.* 44 *Turp.* 104
Numerius *Afran.* 272 nescis, Numeri! *Afran.* 3
quid ita numero uenit? *Caec.* 2 numero .. facere *Turp.* 34 sat numero .. currere *Turp.* 151 numero .. pertimuistis *Afran.* 270 creditum numero nimis *Afran.* 320 numero ac nequiquam egi gratias *Afran.* 312 numero studuimus *Laber.* 55
numerosis .. amicis *Syr. sent.* 836
uersorum non numerum numero studuimus *Laber.* 55
gallina .. Numidica *Publ. Syr.* 6
Numisium *Afran.* 294
arcam .. nummariam *Nou.* 109
milia Sex nummum *Nou.* 109 mille nummum *Nou.* 115 centum nummum milia *Laber.* 50 nummos certos dicas *Pomp.* 117
numquam *Naeu.* 90 *Turp.* 34 99 *Afran.* 283 367 *Pomp.* 20 *Syr. sent.* 342 *Marull.* 2 *Anon. mim.* 5 numquamne *Titin.* 62
numqui *Pomp.* 158 numquid *Pall. inc. inc.* 97 numquid nam *Caec.* 20 *Pomp.* 67
nunc *Enn.* 4 *Naeu.* 109 *Aquil.* 7 *Caec.* 94 113 119 151 214* 229 230 (*bis*) *Turp.* 19 54 83 103 125 *Pall. inc. inc.* 51 *Titin.* 32 63 153 175 *Afran.* 16 32 36 39 73 149 168 251 269 316 343* 401 *Pomp.* 34 82 98 103 125 134 161 *Nou.* 5 73 *Laber.* 29 (*bis*) nunc hóc uror, núnc haec res *Titin.* 103 haberent nunc *Afran.* 380 etiam nunc uocem deducam *Pomp.* 60 nuncine *Laber.* 119*
nuntiet Geminae *Titin.* 51 curre et nuntia Venire *Afran.* 17[illegible] haec nuntiasse *Caec.* 198
adportas nuntium Nobis disparem, diuisum *Pomp.* 135
(nuper *Naeu.* 100)
haec .. nuptiae *Turp.* 41 sint .. apparandae nuptiae *Afran.* 82 nuptiae Sunt dictae *Afran.* 354 extollat nuptias *Caec.* 179 nuptias abieci *Turp.* 164 ob coligandas nuptias *Pall. inc. inc.* 32 supersederem nuptiis *Turp.* 163
nurum *Caec.* 183
cui nusquam domus est *Syr. sent.* 102
nutricator Oliua *Afran.* 402
felicitas nutrix est iracundiae *Syr. sent.* 590 mea nutrix! *Afran.* 179
nutum obseruabit meum *Trab.* 1
nucem Graecam *Atta* 15 alteris nuces .. profundere *Naeu.* 24 moraciae nuces *Titin. inc. fab.* XIX

o *Caec.* 231 *inc.* XXXI *Afran.* 52 66 (100) 185 193 *Pomp.* 49 *Nou.* 38 40 *Syr. sent.* 353 *Anon. mim.* 6 o! *Afran.* 102 o dic mihi *Turp.*

INDEX POETARVM

Fabulae Palliatae

Togatae

Trabeatae

Atellanae

Mimi

INDEX FABVLARVM

Palliatae

Togatae

Atellanae

Mimi



Google